
DOMI NUS ILLU MINA TIO MEA
Taylor Institution.
1871.

* 1828 (in Villa Castelnuovo)
Costantino Nigra † 1907. (in Rapallo)

GLOSSÆ

HIBERNICÆ VETERES

CODICIS TAURINENSIS

EDIDIT

CONSTANTINUS NIGRA



LUTETIÆ PARISIORUM

APUD A. FRANCK BIBLIOPOLAM

via Richelieu, 67

M DCCC LXIX.

PRÆFATIO [1]

Præbeo viris doctis nonnullas glossulas hibernicas, excerptas e laciniis vetusti codicis bibliothecæ olim bobiensis, quas Amedeus Peyron, vir clarissimus, concivis meus, tineis eripuit et in bibliothecam taurinensis athenæi optimo consilio jampridem recepit [2];

1. Quum jam hæc scripta erant, novi, codicem taurinensem editum esse a viro de celticis studiis optime merito, Whitley Stokes, in libro inscripto : « Goidilica, or notes on the Gaelic manuscripts preserved at Turin, Milan, Berne, Leyden, the Monastery of St. Paul, Carinthia, and Cambridge, with eight hymns from the *liber hymnorum,* and the old-irish notes in the book of Armagh. Edited by W. S. — Calcutta : privately printed for the editor by the Calcutta central press company, limited. 1866. » Hanc tamen novam codicis taurinensis editionem non intermittendam putavi. Nam liber quem edidit Whitley Stokes privato tantum usui destinatus est, nec semper cæteroquin cum claro editore consentio tum in lectione tum in interpretatione glossarum. Librum ad me misit W. M. Hennessy, Hibernus, excellentis doctrinæ vir, cum notis consiliisque suis, quibus etiam usus sum. Quâ de re gratias ei plurimas hîc publice ago. Fasciculus primus novæ Zeussianæ grammaticæ editionis, quam curavit H. Ebel, serius ad me pervenit, quod doleo; hujus enim præclari operis auxilio forte plura in præfatione et in adnotationibus emendaverim.

2. A. Peyron. M. T. Ciceronis fragmenta inedita. Stuttg. et Tubing. 1824. VI. 192.

Res est non magni momenti, non tamen sine utilitate. Venerandæ enim vetustatis documenta, quorum ope linguæ hibernicæ antiquioris formæ nondum satis cognitæ reperiantur, vel jam repertæ novis exemplis firmentur, a diuturnâ oblivione excitata et publici juris facta, rei celticæ investigatoribus et grammaticæ comparatæ studiosis novum et prætiosum adferent subsidium. Notum est autem, linguæ hibernicæ antiquioris reliquias magnâ ex parte servatas esse in glossis, quas monachi hibernici, vel, ut tunc appellabantur, scoti, monasteria continentis Europæ incolentes, in codicibus latinis manuscriptis, sæculis præsertim septimo, octavo et nono, inserere consuescebant. Ex hisce reliquiis (tum ex vetustioribus britannicarum dialectuum documentis) sagaci et sedulâ curâ investigatis, mirum diligentis ingenii monumentum, grammaticam celticam construxit professor I. Casp. Zeuss, nunc filologicis disciplinis, quæ tantum ab illo incrementum repetunt, nimis immaturo fato ereptus[1]. Primus enimvero vir clarissimus celticæ philologiæ certum statuit fundamentum. Primus ariano semini evidenter vindicavit celticam gentem, antiquam, late olim patentem, numero, virtute, institutionibus, rebus gestis inlustrem, quæ fatali quadam instabilitate jactata, postquam fere tota Europæ litora vestigiis suis signavit, prævalentibus et tenacioribus stirpibus affinibus latinis et germanicis, non tamen sine obstinato, diuturno nec inglorioso certamine, patriam, nomen, linguam aut jam cessit aut mox cessura est.

Celticæ linguæ communem petunt originem cum aliis linguis quæ arianæ vel indo-europaeæ vocantur. Idem est generale systema sonorum, radicum et constructionis. Distinctum tamen inter eas sibi vindicant locum, eodem modo quo indorum, persarum, græcorum, italorum, germanorum, slavorum, lithuanorum idiomata, arcto quamvis vinculo communis originis simul conjuncta, propriis nihilominus characteribus inter se invicem differunt. Inter septentrionales linguas, longo tamen intercedente intervallo, ex unâ parte, et pelasgicas ex alterâ collocandæ sunt, ita tamen ut propius ad italicas accedant. Dubium autem non est quin celticæ linguæ, quæ nunc in varios ramos divisæ exhibentur, originitus unum idemque idioma constituerint. Quo tempore ex hac antiquâ unitate varietates celticarum dialectuum, velut rivi a fonte, oriri et paulatim deflecti cœperint, incertum manet. Hoc

1. I. C. Zeuss. Grammatica celtica. Lipsiæ, 1853.

tantum conjicere licet, hujus separationis periodum romanum ævum præcessisse. Harum varietatum, quatenus ex superstitibus documentis constat, duplex est ordo; varietas scilicet hibernica et britannica. E priore derivatæ sunt lingua hibernica vetusta, media et hodierna, gaëlica quæ in Scotiæ montibus et magis corrupta dialectus quæ in insulâ Monâ adhuc in usu est. Varietas britannica linguam cambricam, cornicam er aremoricam comprehendit. Utriusque varietatis documenta antiquiora, quæ supersunt, sæculum octavum vel septimum superare non videntur. E linguâ gallicâ vetustiore, quæ romanorum ætate vigebat, nil manet, si excipias nonnulla vocabula et nomina a scriptoribus latinis et græcis servata, perpaucas inscriptiones et copiosiores, ut equidem censeo, reliquias, quæ in linguis romanicis recentioribus delitescunt.

Pauca hæc de linguarum celticarum origine et varietatibus præmittenda erant, antequam de linguâ hibernicâ vetustâ, qua glossæ codicis taurinensis conscriptæ sunt, disseramus. Quæ quidem, tum formarum abundantiâ, flexionum ubertate et conservatione, tum etiam documentorum copiâ et vetustate, ut bene notat Zeuss quem sequimur magistrum, cæteras celticas linguas facile superat [1]. Tantâ autem compositionis vi pollet, ut sæpe unum idemque vocabulum hibernicum contineat simul fusa et coalescentia radicem, derivationem, terminationem, simplicem vel multiplicem præpositionem præfixam, particulam verbalem et pronomina infixa et suffixa [2].

1. Z. Gr. Celt. XII.

2. Ebel, Beitr. V. 1 et seq.

Composita originaria, quæ jam conjicere licet in usu fuisse ante dispersionem arianæ gentis, duobus præcipue membris constantia, quorum prius est forma nominalis in nudo themate vel cum flexione, posterius est thema procedens a radice verbali, vestigia sine dubio reliquerunt in linguâ hibernicâ, sicut in cæteris cognatis linguis. Verum hæc composita, quæ supersunt in celticis linguis, sunt adeo simul fusa et longo usu detrita, ut eorum decompositio et interpretatio valde incerta et difficilis sit. Nec mirum. In celticis enim linguis conscientiam verbi originarii præcocius periisse vero simile est. Et aliâ ex parte jam in antiquioribus linguis sanscritâ, græcâ et latinâ, juxta regulares compositorum formationes, aliæ formæ irregulariter contractæ inveniuntur; radices et themata quibus constant, non semper servata sunt separatim, et quum servata sunt, non semper originariam significationem retinuerunt. Exempla sunto unius tantum seriei composita, quorum significatio originaria fuit flexuose-iens, flexuosus. Composita regularia : *a*) cum nudo themate in priore membro : sansc. kalarava (columba), ex themate kala e rad. kar (flecti), cf.

Lingua hibernica vetusta ea est quam exhibent codices sæculo undecimo anteriores. Ab eâ differunt lingua hibernica media et hodierna ex eo præsertim quod in his consonæ tenues destituuntur in medias, vocales quædam et diphthongi magis magisque inficiuntur et paullatim corroduntur et evanescunt flexiones [1]. Contra lingua vetusta sonos minus infectos et formas grammaticales magis integras servat.

Sonos et constructionem sermonis hibernici vetusti primus exposuit Zeuss. Plura apte addiderunt recentiores Ebel, Lottner, Schleicher, Cuno, et Whitley Stokes [2]. Quamvis multa adhuc obscura et inexplicata maneant, jam tamen licet ex horum disquisitionibus proprium linguæ hibernicæ characterem colligere, ejusque comparationem cum cognatis linguis instituere. Brevis sonorum hibernicorum indicatio (de vetustiore linguâ dehinc tantummodo sermo erit) hæc facile comprobabit.

Vocales hibernicæ concordant generatim cum systemate vocalium

adj. kala (mollis i. e. flexibilis), et ex themate rava e radice ru (ire); pavirava (fulmen), ex themate pavi e rad. pū (ire), orig. curve ire, vacillare, cf. lat. paveo, papāver, et sansc. pavi (ignis, canthus rotæ, ferrum aratri, id est flexuosum) et ex themate rava e rad. ru (ire); *b*) cum flexione accusativi in priore membro : sansc. kalamba (convolvulus repens), karandava (anas), gr. κόλυμβος, κάλανδρα, κορύμβη, lat. columba, hirundo, e radicibus originariis kar et ghvar (curvari, flecti) in priore membro, et e radicibus motum significantibus, orig. ga, gva, ba (sansc. gā), dra (sansc. drā), dav (sansc. dū), in altero membro; *c*) cum flexione locativi in priore membro : sansc. pārāvata (columba), ex loc. pārāu, th. pāri (cf. sansc. pari, circum), et e rad. at (ire); gr. χελιδών, lat. hirūdo, ex locativis originariis ghvarāu vel ghvarai, rad. orig. ghvar, sansc. hvṛ (curvari), et themate davan e rad. orig. dav, sansc. du (ire). Composita irregulariter contracta : sansc. kapōta (columba), lat. caput (pro capāvat), e locativo kapāu, th. kapi, rad. kap (vacillare), et e themate ata (lat. at) e rad. at (ire); compositum originarium videtur itaque restituendum kapāvata (cf. pārāvata), cum significatione flexuose-iens, tremule-iens. Pariter sansc. kapōla (gena, mala), gr. κεφαλή (pro κεπυ-αλη, κεπϝ-αλη), videntur esse pro integriore formâ kapāvara ex locativo kapāu, et themate ara e rad. ar (ire). Contractiones magis regulares exhibent ejusdem originariæ significationis composita, sansc. kapāla (cranium), kaṇṭhāgni (avis), kaṇṭhāla (navis, camelus, species plantæ), kapāṭa (porta), in quibus vocalis finiens prioris thematis coalescit cum vocali incipiente alterius thematis, nempe kapa-ala, kaṇṭha-agni, etc. Hujusmodi exempla multiplicari possent.

1. Z. XXXVI.

2. Beitr. pass.

quod obtinet in cognatis linguis indo-europæis [1]. Sed major in illis est ambitus mutationis soni originarii quam Zeuss infectionem vocat. Harum mutationum aliæ sequuntur leges quæ communes sunt pluribus linguis cognatis et præcipue græco-italicis; aliæ sunt magis propriæ celticis linguis et in primis linguæ hibernicæ. De prioribus nihil est quod hîc dicamus; nisi forte notandum, frequentius quam in classicis linguis mutationem vocalium hibernicarum oriri ex actione sequentis liquidæ vel spirantis. Mutationes vero vocalium, quæ magis propriæ sunt hibernicæ linguæ, a duplici causâ præsertim procedunt, scilicet ab assonantiâ et a ponderatione toni majoris seu accentus.

Vi assonantiæ oritur assimilatio quædam vocalium inter se, ita ut fortis vocalis (*a o u*) in anteriore vel posteriore syllabâ itidem fortem vocalem et sæpe eandem præferat, tenuis vero tenuem (*e i*). Ex. gr. ***do-aur-chanim*** (prædico) pro ***do-air-; apstal*** (apostolus); ***aeccalsa, ecolso, aecolsa*** (ecclesiæ, genit.), et contra ***ecilse***. Interdum vero, ut huic assonantiæ locus fiat, vocalis fortis augetur adjunctione vocalis tenuis, si in sequenti vel anteriore syllabâ vocalis est tenuis, et viceversâ, ut ***aecailse*** (ecclesiæ, gen.) pro ***aeccalsa; athair*** (pater) pro correctiore ***athir***. Hæc tamen postrema infectionis species, quæ in linguâ hibernicâ recentiore in generalem regulam transiit, non adeo frequens est in codicibus vetustis, nec confundenda est cum eâ quæ gignitur ex retrocessione vocalis ob ponderationem accentus.

Vi ponderationis accentus duplex oritur effectus. In formis quæ præfixa et fortiores præbent terminationes, quæ nempe ab initio et in fine auctæ sunt, excutitur sæpe vocalis radicalis, ex. gr. ***coscrad*** (destructio) pro ****co-scar-ad; conrotgatar*** (ædificaverunt) pro ****con-ro-teg-atar***. In formis autem terminationibus debilioribus præditis, vocalis præfixi vel radicis, vel derivationis augetur retrocessione et accessione vocalis sequentis, quod fit pluribus modis: 1) regressio vocalis flexionis ad vocalem derivationis: ***gabáil*** (captioni, dat. sing.) pro ****gabál-i***, rad. ***gab;*** 2) regressio vocalis flexionis ad vocalem radicis: ***biur*** (fero) pro ****bir-u***, rad. ***ber;*** 3) regressio vocalis derivationis ad vocalem radicalem: ***noteimligtis*** (qui caligabant) pro ****no-tem-el-ig-tis*** a ***temel*** (obscuritas), rad. ***tam;*** 4) regressio vocalis radicalis ad vocalem præfixi: ***foircthe*** (ins-

1. Z. 4.

tructus) pro **for-ci-the*, rad. *can*. Eodem modo procedunt præpositiones, sive simplices, sive cum pronomine suffixo : ***air-*, *aith-*, *imb-*** (= **aimb*), *foir*, pro **ari*, **athi*, **ambi*, **for-i*. Regressionem et accessionem vocalis flexionis ad vocalem derivationis vel radicis merito Zeuss flexionem internam vocat [1]. Fortasse quæri potest an, versâ vice, fiat interdum progressio vocalis derivationis ad vocalem flexionis, ne scilicet accentus nimis transponatur, ita ut, exempli gratiâ, ***incholnigthea*** (incarnationis) sit pro ****incholniguthа***, ****incolnigitha***, ab ***incolnigud***. Verumtamen in his casibus antecessio, si qua est, vocalis, est potius restitutio ejusdem vocalis, in quam desinit thema, ad locum suum originarium; nam ***incholnigud*** est pro ****incholnictu***, et ***incholnigthea*** gen. sing. est pro ***incholnictAVAS***, pereuntibus scilicet spirantibus *v* et *s* secundum generalem regulam, et transeuntibus *a* + *a* in *ea* (vel *eo*, alias *a*, *o*).

Magna hæc vis assonantiæ et ponderationis accentus quæ adeo afficit celticam phonologiam, specialem quoque characterem impressit constructioni poëticæ hibernicæ et britannicæ. Inde enim originem repetunt assonantia finalis vel rîma et versus accentu ligatus, quæ forma, nunc fere in omnibus europæis linguis prævalens, jam in vetustissimis hibernorum et cambrorum carminibus occurrit [2]. Nulla alia lingua tam delicate sensit, quam hibernica, hanc mutuam sonorum inter se se actionem, nulla alia ad leges harmoniæ et ponderationis toni tam arcte subegit flexiones et elementa radicalia, quæ apud cætera arianæ originis idiomata majore tenacitate servantur.

Vocales hibernicæ sunt vel breves vel productæ. Breves notantur in codicibus scriptione simplici : *a*, *e*, *i*, *o*, *u*. Productæ notantur vel accentu *á*, *é*, etc. vel duplicatione sine accentu *aa*, *ee*, etc. vel duplicatione cum accentu *áa*, *aá*, *ée*, etc.

1. Z. 32 et seq.
Non aliunde quærenda est origo flexionis internæ sive infectionis soni originarii ortæ ex retrocessione vocalis flexionis quæ adhuc extat in nonnullis dialectis celto-italicis. Sic in dialecto subalpina Canapitii themata quædam in singulari sonum originarium retinentia, ut can (canis), gat (feles), car (currus), sant (sanctus) crovás (corax), garét (talus), tüt (totus) et similia, inficiunt vocalem radicis vel derivationis in plurali cæñ, gæt, cær, sænt, crovæ̃s, garéit, tüit, eodem modo quo voces hibernicæ *fer*, *macc* exhibent in nom. pl. formas *fir*, *maicc*, et cambricæ *bran*, *sant*, *manach* fiunt in plurali *brein*, *seint*, *meneich*.

2. Vide notam in fine præfationis.

Correpta *a* hibernica oritur ex *a* originariâ : *carad* (amor), *cath* (pugna); per assonantiam in vocibus transumptis, ex *e*: *carpad* (carpentum); ex *i* : *humaldóit* (humilitas); ex *ī* : *cubachail* (cubīculum); ex *o* : *manach* (monachus); per actionem sequentis liquidæ ex *ō* : *persan* (persona); ex *u* : *sithal* (situla).

Producta *ā* scribitur in codicibus *á, aa, áa, aá* : *mám, maam, máam* (dedecus, jugum), *fás, fáas, faás* (vacuus). Oritur ex originariâ *ā* productâ : *máthir* (māter); vel ex contractione : *dá* (pro *dáu* = **dva,* duo). In nonnullis autem vocibus incertum manet utrum productio orta sit a solâ ponderatione accentus, præcipue ante liquidas, an a contractione et elisione vocalis vel consonæ.

Correpta *e* oritur ex *a* originariâ [1] : *cethir, cethar-* (quatuor), *fáithe-n* (vatum, pro **fathi-an*), rad. *ber* (ferre, orig. *bhar); per assonantiam in vocibus transumptis, ex *a* : *mannesse* (Manasse); ex originariâ *i* : *rofetar* (pro *ro-fed-dar,* rad. orig. *vid); ex transumptâ *i* : *etaldai* (italici), *felsub* (philosophia); ex transumptâ *ī* : *cucenn* (coquīna); ex transumptâ *u* : *screpul* (scrupulus); ex *a* + *i, a* + *e* : *erlam* (obediens), *erdirc* (celeber) pro *airlam, airdirc,* = **ari-, *are-;* ex *i* + *a* (orig. ja) in terminationibus nominalibus : *céle* (socius, thema *-ja), díten* (tegetis, gen. th. *-ja),* et verbalibus : *cretem, cretet* (credimus, credunt, th. *-ja).*

Producta *ē* scribitur in codicibus *é, ae, áe, ee, ée, aee* : *rét, reet* (res), *dae, dáe* (deus, voc.), *glée, glaee* (clarus). Oritur : ex originariâ *a* + *i* (= sansc. ē) : *dé, dáe* (dei, gen., deus voc.), orig. *daiva-, rad. div; ex originariâ *a* contractâ : *dét* (dens), sansc. dant-, *sé* (sex), orig. *svaks; ex originariâ *a* + *(a* transeunte in *e, i)* : *déc déec* (decem), orig. *dakan.

Correpta *i* oritur ex originariâ *a* : *biur* (pro **biru,* fero), sansc. bharāmi, rad. orig. *bhar; ex originariâ *i* : *ro-fitir,* rad. orig. *vid; per assonantiam ex *ā* transumptâ (+ *i* regressâ) : *apgitir* (abecedārium) = **apgitair;* ex transumptâ *e* : *septimbir* (september); ex *e* ortâ ab originariâ *a* : *nime* (cœli), nom. *nem,* gr. νέφος, sc. nábhas; per assonantiam ex transumptis, *ē* : *ecilse* (ecclēsiæ, gen.); *o* : *epistil* (epistola); *ō,* (+ *i* regressâ) : *testimin* (testimōnium) = **testimóin; u*: *síthil* (alias *síthal,* situla); ex *a* + *i, a* + *e* (pereunte *a)* : *irlam* (obediens), *irdirc* (celeber) pro *air-, *ari-, *are-*; *imb-, imm-* pro **aimb, *ambi; berid* (fert)

1. Vix notandum, originariam *ă* respondere gr. α, ε, ο, lat. ă, ĕ, ŏ.

pro **beraith* = *bharati; ex originario suffixo *ja-*, transeunte *j* in vocalem et pereunte *a* : *dítin, tuistin,* acc. (nom. *dítiu, tuistiu,* thema *-ja*).

Producta ī scribitur in codicibus *í, íi* : *lí, líi* (color), *síd, síid* (pax). Oritur : ex originariâ *a* + *i* (= sansc. ē, lat. ī) : *fích* (vīcus), sansc. vēça, orig. *vaika; ex originariâ *a* vel *ā* contractâ, sequenti consonâ excussâ : *mís* (mensis), *cís* (census) *rí* (rex); ex *i, e* + *i* : *díib* (eis).

Correpta *o* oritur : ex *a* originariâ : *ocht-n* (octo), sansc. ashtán-; *orbaman* (hæredum), lat. orbus, gr. ὀρφανός, sed sansc. árbha; *bodra* (surdos), sansc. badhirá; *mora* (maris); ex *u* originariâ : *so-* (bene), sansc. su-; et in vocibus transumptis, *corcur* (purpura), *cocull* (cucullus), *cercol* (circulus); ex *e* transumptâ, per actionem sequentis liquidæ : *fescor* (vesper), *lebor* (liber); pro *e* per assimilationem vel actionem sequentis liquidæ : *dolbud* a *delb* (forma); ex originariâ *a* + *u (v)* : *cloor* (audio), *cloithir* (audit) pro **clav-or,*clav-ithir*, orig. *kru, sansc. klu; ex originariâ *u* + *a (va)*: *for* (super), pro **svor* = **su[p]ar*, gr. ὑπέρ, sansc. upári; ex originariâ *v* + *a (u, ū)* : *olann* (lana), camb. *gulan*, goth. vulla, sc. ūrṇā, th. *varnā.

Producta ō scribitur in codicibus *ó, oo, óo, oó* : *brón* (tristitia), *soos* (sursum), *lóon, loon* (adeps), *coór* (locus). Oritur ex originariâ *u* auctâ in *au, āu*: *lóchairnn* (laternæ, nom. *luacharnn,* rad. orig. *ruk); *bó* (bos), sansc. gāus; *both* (futurum esse), rad. orig. *bhu. Hibernica ō, quum oritur ex augmento vocalis *u* in *au, av,* solvitur sæpe, transpositis litteris, in *ua, úa* : *luacharn* (gl. λαμπάς), *rúad* (rūfus), rad. orig. *rudh. Oritur deinde : ex originariâ ā mutatâ ob actionem sequentis liquidæ : *mór* (magnus); ex transumptâ *ā* : *riaglóri, oróit, altóir* (regulāres, orātio, altāre); ex contractione: *cóic* (quinque), *medón* (medium), *óc* (juvenis, *juvencus); ex transumptâ ō : *stóride* (historicus, materialis).

Correpta *u* oritur : ex originariâ *u* : *sruth* (vivus), *su-* (bene), sansc. su; ex *a* vel *ā*, in flexionibus, ante excussam originariam nasalem vel originariam *u* : *biur* (fero, pro **biru*), orig. *bhar-āmi, *midiur* (puto), orig. -*ājamasi, *fiur* (viro, dat.) orig. *virāu, *firu* (viros), orig. *virams, *deicsiu* (visio) orig. *-jan, comparativa suffixa *iu, u,* orig. *-jans; in vocibus transumptis, ex *a* : *pupall* (papilio, tentorium); ex *e,* ob actionem liquidæ sequentis : *ífurnn* (infernum), *libur* (liber); ex *i* : *spirut,*

spiruto (spiritus); ex *o : diabul* (diabolus), *felsub* (philosophia).

Producta ū scribitur in codicibus *ú, uu, úu, uú: rún, rúun, ruún* (mysterium), *impúd, impuud* (conversio). Oritur : ex originariâ ū : *dún* (septum, castrum), terminatio gall. vet. *-dunum;* ex *av, au*, āu *(óu) : núe* (novus), orig. *nav-ja, *clú* (gloria), sansc. çrávas, *tintúuth* (interpretatio, versio) = **do-ind-sáuth*. Alternat interdum cum ā : *gnús* (consuetudo), alias *gnás*[1].

Diphthongorum hibernicarum aliæ antiquiores sunt et communes cum diphthongis vetustarum linguarum affinium, ita ut originariæ appellari possint, aliæ sunt posteriores et celtico idiomati propriæ.

Diphthongi hibernicæ originariæ :

1) *ai, ái, ae, áe* oriuntur ex originariis diphthongis ai, āi (lat. ī, ē [ei], ae [ai], gr. αι, ει) : *áis, aes, áes* (ætas); hæc diphthongus scribitur quoque in codicibus *ói, óe : óis* (ætas), *óesa* (ætatis); coalescit interdum in *í*, saltem in transumptis : *fích* (pagus, lat. vīcus, veicus, sansc. vēças, gr. Ϝοῖκος), *fín* (vīnum, ant. lat. veinom, gr. Ϝοῖνος); in *é : dé* (deus voc., dei gen.), et solvitur in *ia, ía* transpositis litteris pro *ai* = *é : dia* (deus), orig. *daiv-, *riad* (lat. raeda).

2) *oi, ói, oe, óe* oriuntur ex originariis ai, āi (lat. ū, oe [oi], gr. οι) : *óin, oen, óen* (ūnus), orig. *aina-; coalescit hæc diphthongus in *é* et solvitur in *ia, ía* in transum. *pén, pían* (lat. pœna, gr. ποινή).

3) *au, ou, áo, ua,* sæpe contractæ in *ó, oo, óo, ú* et combinationes *éu, eo, éo, iu, íu,* si antiquæ sint et respondeant gallicæ vetustæ diphthongo *eu,* oriuntur ex originariis au, āu (lat. au, ō, [eu], ū, [ou], gr. ευ, ω, [αυ], ου, [ᾱυ]), et ex orig. av, av : *aui, háui* (nepotes), *gáu, gáo, góo, gó, gu* (falsum), *nau* (navis), *loun, lóon* (gl. adeps), *pól, pool* (Paulus), *éssu* (Esaü, gen.), *túath* (populus; cf. ant. gall. Toutus, Teut-).

Diphthongi hibernicæ posteriores :

Hæ diphthongi, quæ propriæ sunt linguæ hibernicæ et cæteris linguis celticis, a triplici causâ procedunt, nempe: — ab infectione, quum scilicet vocalis fortis augetur per assonantiam vocali tenui ob præsentiam vocalis tenuis syllabæ præcedentis vel sequentis, et viceversâ, ut *athair* (pater) pro *athir;* — a regressione vocalis posterioris ejusque conjunctione cum anteriore ob ponderationem accentus, ut *foircthe* (instructus) pro **for-ci-the;* — et ab elisione satis frequente conso-

1. Z. 31.

næ spirantis (interdum etiam mediæ vel tenuis, rarius liquidæ) inter vocales utrinque collocatæ, ut *siur* (soror) pro **sisur*. Fit inde, præcipue ex his duabus postremis causis, agglutinatio ingens vocalium, quæ originitus ab intercedentibus consonis separatæ et proprio sono prædita distinctas syllabas efficiebant, postea vero, per transpositionem vel elisionem consonarum intercedentium, in unam syllabam unumque sonum, plurimis saltem in casibus, coaluerunt et veram diphthongum effecerunt. Quum hæ diphthongi posteriores sint, sufficiat immediatam tantum earum originem indicare :

ai oritur ex *a* + *i*, *a* + *e* : *air-* (præpos.) =**ari-*, **are-*; *fodaim* (patitur) = **fodami;*

au, ex *a* + *u* (vel genuinâ vel assimilatâ) : *baull* (membro, dat.) = **ballu; aurlatu* (obedientia) = **arulatu* = **arilatu;*

ái ex *á* + *i* : *fáith* (propheta) = **fáthi; rogáid* (petivit) = **rogádi;*

ea, *ée* ex *e* + *a* [e], originitus ex a + a : *deac* (decem, alias *déec* = orig. *dakan); fortasse terminationes nominales et verbales *-ea* si respondent terminationibus originariis -a + a- excussâ spirante (v, j vel s) intermediâ;

ei ex *e* + *i* [e] : *deich* (decem); *creitme* (fidei, gen.) = **cretime*, **creteme;*

éi ex *é* + *i*, *á* + *i* : *séit* (viæ, dat.), nom. *sét; sléinech* (salutaris) a *slán;*

eo, *éo*, *éu*, *iu* ex *e*, *i*, *í* + *o* [u], originitus ex i, I + a, excussâ spirante intermediâ : *beo*, *béo*, *béu*, *bíu* (vivus); terminationes nominales *-eo* forte procedunt ex originariis terminationibus -a + a- excussâ spirante intermediâ;

eu ex *e* + *u* : *neurt* (valori) = **nertu;*

ia ex *i* + *a* : *robia* (erit); ex *a* + *i* inversis litteris, pro *é* : *briathar* (verbum), dat. *bréthir; pian* (poena) =*pén;* ex *o* + *a*: *dia*, *dian*, (præpos. *do* cum pronomine suffixo);

ie, *íe* ex *i*, *í* + *e* : *bied* (erit); *biet*, *bíet* (erûnt);

iu, *io*, ex *e*, *i* + *u*, *o* : *biur* (fero) = **biru; ciunn* (capiti), nom. *cenn; diu-*, *dio-* (præpos. *de*, *di* coalescens cum præp. *od*, *o);*

oa (ua) ex *o* + *a* : *foa-* (præpos. *fo* coalescens cum præp. *ad);* *goa* (falsa);

oi ex *o*, *u* + *i* : *croich* (cruci); *foir* (super eum) = **fori;* ex *e* (assimilatâ in *o)* + *i* : *doilbthid* a *delb* (forma); ex *a* + *i* in transum. *proind* (prandium);

ói, úai ex *ó, úa* (= au) + *i* : *hóir, húair* (hōra); *tuaithe* (populi);

ua, úa ex *a, á* + *u* [*v*] = *ó* : *tuath* (populus);

ue ex *u* + *e* : *gue* (falsitatis);

ui ex *o, u* + *i* : *muir* (mare) = **mori; muinter, mointer* (familia); *cruich, croich* (cruci); ex *a* + *i* : *parduis* (paradisi, alias *pardais*);

úi ex *ú* + *i* : *dúile* (mundi);

Consonæ hibernicæ cum consonis linguarum affinium in genere conveniunt, in quibusdam tantum proprietatibus minus concordantes. Harum proprietatum præcipua est alteratio, cujus vi consona sub certis legibus a sono originario in molliorem sonum leviter aspiratum decidit. Hanc vero alterationem in consonis, ut jam in vocalibus, infectionem Zeuss appellavit. Infectionem post romanum ævum sensim obtinuisse monent gallica nomina vetusta quæ apud græcos et romanos scriptores nullo infectionis signo notata inveniuntur [1]. Sed quo tempore codices antiquiores hibernici conscripti sunt, jam infectio generali regulâ invaluit in consonis. In his codicibus status consonæ originarius et status infectionis hoc modo notantur :

Tenues in statu originario :

in initio vocis :	in medio vel in fine vocis :
c	*c* vel *cc*
t	*t*, *tt* vel *dd*
p	*p*, *pp* *bb*

Tenues in statu infectionis :

ch vel *g*
th vel *d*
ph vel *f*

Mediæ in statu originario :

in initio vocis :	in medio vel in fine vocis :
g	*g*, *gg* vel *c*
d	*d*, *dd* vel *t*
b	*b*, *bb* vel *p*

Mediæ in statu infectionis :

g vel *ch*
d vel *th*
b, *f* vel *ph*

Liquidæ et spirantes in statu originario scribuntur simpliciter; quando-

1. Z. 47.

quidem notantur scriptione duplicatâ in medio et fine vocum. In statu infectionis, quum non eliduntur, simpliciter scribuntur. Peculiaris nasalium infectio vel obscuratio in quibusdam positionibus notatur puncto suprascripto *ṁ, ṅ*. In uno codice Sg. eodem puncto notantur *ṡ* et *ḟ* in illis nempe positionibus in quibus hæ consonæ sæpe excussæ sunt in aliis codicibus. Quod signum, latinis codicibus medii ævi consuetum, punctum delens Zeuss appellat[1]. Notandum autem est simplicem tenuem cujuscumque organi repræsentare interdum duplicem tenuem, vel mediam et tenuem, vel duplicem mediam ejusdem organi, sive originariam sive assimilatam : ex gr. *nonnertarni* est pro **nonnert-thar-ni, conintorgáitar* pro **conintorgaid-thar; écne* pro **eggne* = **aithgne*, *epiur* pro **ebbiur* = **aithbiur.*

Obtinet in consonis infectio quum consona inter duas vocales utrinque collocata est in eâdem voce vel in eâdem phrasi ut *cethir* (quatuor), *mo thol* (sine infectione *tol,* mea voluntas). Nec mutat si vocalis ex alterutrâ parte evanuerit aut retrocesserit, ut in præpositionibus *air-*, *aith-* quæ sunt pro antiquioribus formis *ari-*, *ati-*, *are-*, *ate-*, ideoque inficiunt sequentem consonam si hanc sequatur vocalis. Sufficit enim adfuisse originitus vocalem ut infectioni locus sit, sicut manifeste apparet in articulis genitivi et dativi singularis masculini et neutrius, nominativi et dativi singularis feminini et nominativi pluralis masculini, qui, etsi nunc desinant in consonam, inficiunt tenuem sequentem, quia eorum forma originaria desinit in vocalem. Eodem modo terminationes verbales *-thar, -ther, -thir*, *-the,* nominales *-tha, -tho, -the,* etc. quamvis adhæreant præcedenti consonæ radicali, infectæ sunt quia in formâ primitivâ vocalis præcedebat. Itaque *scríbthar,* est pro **scribithar, pectho* pro **peccatho,* etc. Contra consona hibernica manet intacta quum est in initio phrasis, vel quum tegitur positione, quum nempe eam præcedit alia consona. Sufficit autem originitus aliam consonam præcessisse, ut infectioni locus non fiat. Sic in præpositione *etar, eter, etir* (inter) manet dentalis tenuis intacta, quia consona nasalis quæ eam præcedebat originitus, quamvis postea excussa fuerit, eam tegit.

Tenuis gutturalis originaria servatur in linguâ hibernicâ. Quum expers est infectionis scribitur in codicibus *c* in initio vocis et *c, cc* in medio vel in fine vocis, ut : *cethir* (quatuor); *cairim* (amo);

1. Z. 63.

torc (aper); *olc, olcc, ulcc* (malus); *serc, sercc* (amor). Quum est infecta, scribitur *ch* vel *g*, ut *doich*, *doig* (verosimilis); *deich* (decem); *do chách* (cuique).

Media gutturalis originaria item servatur et scribitur, quum infecta non est, *g* in initio et *g*, *gg*, vel etiam *c* in medio et in fine vocum, ut : *gniu* (facio); *condelg, condelgg* (comparatio); *bolc* (uter = **bolgg* = **bolg*); *etarcne* (= *etarggne*, cognitio). Quum est infecta, scribitur *g* vel *ch*, ut *teg, tech* (domus).

Tenuis dentalis servata hibernice, sine infectione, scribitur *t* in initio et *t, tt, dd* in medio et fine vocum : *tar* (trans); *cét* (centum); *adcuireddar* (adhibentur pro *adcuiretar*). Quum infecta est, scribitur *th* vel *d*, ut : *mo thol* (mea voluntas); *máthir* (mater); *mádramil* (maternus), *moladar* (laudat), (pro *máthramil, molathar*).

Media dentalis, sine infectione, scribitur *d* in initio et *d, dd* vel etiam *t* in medio et fine vocum : *dia* (deus); *dá* (duo); *ord, ordd ort* (ordo); *atoiri* (a captivitate, alias *a doiri*) Ml. 98; *fris na torus* (gl. aperientibus ad portas, pro *dorus*) ib. Quum est infecta, scribitur *d*, rarius *th*, ut : *indoini* (homines); *prithchite* (qui prædicant).

Tenuis labialis, sine infectione, scribitur *p* in initio et *p* vel rarius *pp* in medio et fine vocum : *patu* (lepus); *patnide* (leporinus); *heirp* (capra); *alpai* (alpes); *corpp* (corpus). Quum est infecta, scribitur *ph*, vel *f* : *rophroidech* (prædicavit); *donfrímgáid* (vento cardinali, pro *phrímgáid*). Verum a tenui labiali abhorret lingua hibernica. Ideo tenuis labialis originaria in linguâ hibernicâ raro servatur; sæpius vel excutitur vel transit in tenuem gutturalem. Exempla tenuis labialis pereuntis : *athir* (pater); *iasc* (piscis); *lán* (plenus)[1]; transeuntis in gutturalem : *corcur* (purpura); *secht* (septem); *necht* (neptis).

Mediæ labialis originariæ rara et incerta sunt exempla etiam in classicis linguis. Non inde mirum si in linguâ hibernicâ vix aliquod hujus consonæ originariæ reperiatur vestigium. Unum certum exemplum, prout scio, labialis mediæ originariæ hibernice servatæ præbet radix *lab* (cadere), quæ subest in pluribus formis hibernicis : *doairblaing, doeirblíng* (gl. desilit) Tr. II. II. 11, 12, =**do-air-lab-ing; roleblaing* (gl. ./. *roling*)

1. Z. 77. — Ebel Beit. I. 307. — Stok. Ir. gl. 38.

Oing. Stok. th. Ir. Gl. 130; *rolebhlingessetar* (gl. *forualatar* ./. *rolingestar* ./. *rocomlingestar*) O'Dav. Gl. Stok. th. Ir. Gl. 83. Media autem labialis, sine infectione, scribitur *b* in initio et *b, bb* vel etiam *p* in medio et fine vocum : *bolc* (uter); *gibbne* (cirrus); *comarpi* (cohæredes, cf. *comarbus*). Quum est infecta, scribitur *b* vel *f*, *ph* : *dá boc* (duos hircos); *forfenar* (si est pro *forbenar*, consummatur); *hiruphin* (Cherubim). Transit interdum in *m* per infectionem : *inna mna* (mulieris, nom. *ben*); *léim* (saltus, ex rad. *lab*, si *m* non pertinet ad derivationem); *carmocol* (carbunculus).

Tum tenues tum mediæ hibernicæ, sive radicales sint, sive derivatæ, excutiuntur sæpe ante terminationes incipientes a spirante *s*, vel assimilantur, e. gr. *conroigset* (orent pro **conrogedset*); *conairsoilset* (aperuerunt pro **conairsoilcset*); *fristossam* (abjuraverimus, pro **fristongsam*). Excutiuntur quoque satis frequenter ante liquidas : *én* (avis, = **ethn*), *cenél* (genus, = **cenethl*), *mám* (jugum, = **magm*).

Aspiratas originarias non servavit lingua hibernica. Sola enim aspirata hibernica *f*, plurimis saltem in casibus, aspiratam labialem originariam non repræsentat, sed aliunde orta est. Immo hanc ipsam *f*, quæ sæpe obvia est in latinâ linguâ et britannicâ, mutat non raro hibernica lingua in *s* : *seib* (faba), brit. *fa*. Hibernica vero *f* oritur generali regulâ : aut a *v* originariâ, sive solâ, sive cum præcedente spirante *sv* : *fír* (verus); *fích* (vicus); *fedb* (vidua); *fiur* (soror, orig. svastar); *find* (albus, sansc. çvēta); *far, farn* (vester, gr. σφωΐτερος); aut a transumptis *ph, f* : *felsub* (philosophus); *ifurnn* (infernum). Hibernicæ *f* respondentis originariæ *p* nullum certum novi exemplum extra causam infectionis in vocibus transumptis in quibus *f* interdum est pro *ph*, ut *donfrímgáid* pro *phrímgáid*, sine infectione *prím*- (= lat. primus). Præpositiones *fo* (sub) et *for* (super) quæ recte comparantur cum sansc. úpa, upári, gr. ὑπό, ὑπέρ, lat. sub, super, got. uf, ufar, revera sunt pro **svo, *svor* vel **vo, *vor*, expulsâ *p* more solito, quod confirmant formæ britannicæ *guo, guor*. Hic igitur *f* hibernica est pro *v*, *sv*, non pro *p* originariâ. In præpositione *frith* (brit. *gurth*), *f* pariter non respondet originariæ *p*, sed originariæ *v*. Ideo hæc forma comparanda est potius cum lat. versus, versum, quam cum gr. πρός, προτί, sansc. *práti*, quæ postremæ formæ respondent præpositioni hibernicæ *la* = **prat*. Undecumque autem oriatur hibernica *f* sæpe infectione excutitur vel

notatur puncto delente, præcipue in initio vocis : *nība madae dammóisitiu* (gl. frustrata non erit meorum confessio uotorum) Ml. 98, pro *foisitiu; derbḟogir* (gl. ipsæ pronuntiationes) Z. 825.

Porro generalis regula est aspiratas originarias transire in medias hibernicas ejusdem organi. Itaque aspirata originaria gutturalis transit in *g* hibernicam : *gaim* (gr. χεῖμα, lat. hiems); *ligim* (gr. λείχειν). Quæri potest an *h* hibernica quæ sæpe occurrit in codicibus sit aliquoties originaria et repræsentet antiquiorem aspiratam gutturalem, latino more. Quâ de re conferantur quæ infra exponuntur de spirantibus hibernicis. Aspirata dentalis originaria repræsentatur ab hibernicâ mediâ *d* : *derb* (certus, sansc. dhruvá); *fedb* (vidua, sansc. vidhavā); *medón* (medium, sansc. mádhya). Similiter aspirata labialis originaria transit in mediam hibernicam ejusdem organi: *ba, bu* (est, fuit), gr. φύω, sansc. bhū, orig. BHU; *biur* (fero), gr. φέρω, sansc. bhṛ, orig. BHAR; *bráthir* (frater), gr. φράτηρ, sansc. *bhrātṛ*.

Liquidas originarias generatim servat lingua hibernica. Sed excutitur *n,* sive pertineat ad radicem sive ad terminationem, quum præcedit tenues (in primis dentales) vel *s* aut *f,* vel *b* si est pro *f* : *cét* (centum); *óc* (juvenis, camb. *iouenc*); *cís* (census); *ifurnn* (infernum); *coibse* (confessio); terminationes *-at, -atar* etc. pro *-ant, -antar.* Excipiuntur particulæ *in, an* negativa, et *cón* in compositione, et *n* radicalis ad quam accedit flexio incipiens a tenui, vel a consonis *s, f.* In his enim casibus manet nasalis intacta [1]. Assimilatur autem sæpe liquidæ sequenti [2]. Excutitur etiam *n* (*m*) finiens particularum flexionum et numeralium quorundam in antedicta positione, ut in terminatione casus accusativi sing. et genitivi plur. cujuscumque generis, et nominativi et accusativi sing. generis neutrius. Sed tunc nasalis præfigitur voci sequenti si incipiat hæc a vocali vel mediâ, ut *cumtach ṅecolso* (ædificatio ecclesiæ, pro *cumtách-n,* nom. neut.); *tris in mbrat* (per pallium). Liquidarum hibernicarum autem (*l, m, n*) et proprietas est ut sequentes in eâdem syllabâ medias *b* et *d* facile sibi assimilent : *finn* (albus, alias *find*); *imm, imme* (circum, pro vet. *ambi*); *uall* (superbia, clamor), genit. *uáilbe* [3]. Non idem in diversâ syllabâ : *omalldoit* (humilitas); *imbed* (copia). Obiter monendum *n* ante labialem mediam transire in *m.*

Spirantium consonarum (*h, s, j, v*) minor ambitus est in hiber-

1. Z. 52.
2. Z. 53.
3. Z. 74.

nicâ quam in cognatis linguis. Occurrit frequenter in vetustis codicibus hibernicis *h* in initio vocum; sed radicalis non est, in plurimis saltem casibus. Sunt tamen exempla in quibus *h* pro originariâ gutturali aspiratâ censenda est: *menmnihi* (gl. dissensiones), nom. *menmniche*, Z. 267; *mihil* (Michaëlis), « Scela na esergi »; *hiruphin* (Cherubim), Beit. I. 346; Stok. Goid. 64; item in glossâ Ml. ad psalmum LXXIX. 2 : *dosaidisiu for hirubinaib condárbais frecndarcus du fortachtae dunaib trebaib so dia soirad ./. triub effraim* rl.; et paulo infra : *is dosaidi siu a dáe for hirubinaib dothoisigecht 7 choimdinecht donaib trebaib so* (gl. qui sedes [super Cherubim] usque mannesse .. ad indicium potentiæ diuinæ chirubin semper subiecta dicuntur, etc.) 209. Ex hisce exemplis conjici potest in voce hib. *híarn* (ferrum, camb. *haiarn*) fortasse initialem *h* radicalem esse et repræsentare aspiratam gutturalem originariam, si hæc vox comparanda est (excepto suffixo) cum vocibus linguarum affinium, vet. slav. zelezo, lith. gelezis, gr. χαλκός pro *γαλχος, alb. χέκκουρ pro *γελχουρ. In his enim statuenda est radix orig. GHVAR, sansc. hvṛ (flecti), ita ut significatio thematis originarii, in formâ redupl. GHVAGHVARA, fuerit flexile, ductile. Latinæ ipsi voci ferrum, adhuc inexplicatæ, verosimile videri posset haud diversam originem esse tribuendam. Aspirata enim latina *f* quæ originariam aspiratam labialem vel dentalem in vocum initio repræsentat, quandoquidem etiam loco est aspiratæ gutturalis originariæ, ut in voce fragro, quæ sub formâ reduplicatâ conjungitur cum radice sansc. ghrā (odorari). Ideo ferrum esset pro *fefrum vel *februm, et ratione habitâ mutationis inter labiales et gutturales pro originario themate in formâ reduplicatâ GHVAGHVARA. Hibernica vero vox *hiarn* esset pro **hegar-n*, excussâ nempe consonâ mediâ inter vocales, regressâ et attenuatâ in *h* aspiratâ radicali. Aliter tamen hanc vocem interpretantur Zeuss, Whitley Stokes et Ebel, qui eam, transpositis litteris, censent esse pro **ísarn* ex **iharn* et comparant cum goth. eisarn[1].

Originaria *j* evanuit in linguâ hibernicâ vel transiit in respondentem

1. In voce vetustâ gallicâ *Isarnodurum* (Stok. Ir. gl. p, 83) equidem dubito quin prior pars compositi ferrum significet. Ibi potius particula initialis *is* conferenda videtur cum particulâ hib. *ís* (infra), quæ inest in vocibus hib. *isel, isal* (inferus), brit. *isel*, in vetustis Gall. *Isara, Isurium*, Ἰσούριον, *Isarci, Isala*, in hodiernis Isère, Iséran et pluribus similibus.

vocalem *i* [1]. De combinatione *ja* post dentalem mox dicetur ad litteram *s*.

Mansit originaria *s* quum tegitur positione : *mís* (mensis gen.); præp. *es-* (ex orig. *ecs-*, assimilatâ vel pereunte *c*); *cosmil* (similis). Mansit quoque in initio vocum : *sen* (senex); paucis tamen casibus exceptis, ut *amal* (instar). Sed perit quum locus est infectioni, quum scilicet posita est inter vocales, vel eam præcedit articulus in vocalem originitus desinens : *siur* (soror) = **sisur*, *intamil* (instar) = *intsamil;* vel etiam quum locus fit contractioni plurium consonarum in quibusdam casibus : *écn̓dairc* (absens) pro *es-condairc; echtar* (extra); *cinteir* (aculeus), gr. κέστρον, sansc. çastram. Quum incipit terminationem, assimilat interdum sibi præcedentem gutturalem vel dentalem : *taratoissed* (per quem juraret) pro **taratoigsed; asindisset* (narraverint) pro **asindidset.* Illud autem præcipue notatu dignum est, *s* simplicem vel geminatam oriri quandoquidem ex originariâ combinatione *t-ja*, *d-ja,* quum nempe ad dentalem accedit derivatio vel flexio *ja.* Tunc enim *j* originaria transit in *s* hibernicam; hæc autem sibi assimilat dentalem præcedentem. Sic *mess* (judicium) est pro **mid-ja* (rad. *mid,* thema *ja*); *fiss* (scientia) pro **fid-ja* (sansc. vídyā); *sossad* (positio) pro **sad-ja-th* (rad. *sad,* thema *ja*); *cessad* (passio) pro **ced-ja-th* (cum *c* pro *p,* lat. patior, gr. παθ-, sansc. bādh, orig. *bhadh); *less* (commodum, auxilium) pro **lit-ja* ex antiquiore **prít-ja* (sansc. prī'ti, gaudium, amicitia); *less* (clunis) pro **lat-ja* ex antiquiore **prat-ja*, (lat. latus, gr. πλατύς); *tris, triss* (tertius) pro **trit-ja,* **tart-ja* ex originariâ formâ reduplicatâ **tatar-ja* (sansc. tṛtī'ya); *nessa* (proprior) pro **nid-jans* (rad. sansc. nid, prope esse), cum suffixo comparativi originario -jans; *messa* (pejor) pro **mid-jans* (sansc. mithyā, fallaciter, frustra); *tressa* (fortior) pro **tredn̓-ja,* et **tred-ja* pereunte *n*, si positivus *trén* est pro **tredn;* terminationes relativæ *-as, -es, -ess* fortasse eamdem petunt originem nempe ex pronomine relativo **ja* accedente ad terminationem tertiæ personæ singularis *-t: caras* (qui amat) pro **carat-ja; rethess* (qui currit) pro **rethit-ja; creitfess* (qui credet) pro **creddifit-ja.* Sunt tamen non infrequentes exceptionis casus, in quibus dentalis ante *ja* servatur; quum scilicet originitus intercessit vocalis : *midiur* (puto) pro **mid-aja-r* (orig. -ājamasi); vel

1. Z. 60.

quum dentalis tegitur ab originariâ consonâ excussâ, ut in formis relativis numeri pluralis : *ceste* (qui patiuntur) pro **cedjant-jai; crete* (qui credunt) pro **creddjant-jai;* vel in terminationibus et derivationibus *-te, -the, -de,* si hæ revera sunt pro orig. **-t-ja : infolgithe* (ignotus) pro **infolgi-tja;* vel demum in terminationibus thematum in *ja : guide* (precatio) pro **gud-ja;* et thematum comparativorum in *-jans: gnathiu* (usitatius), *moithiu* (mollior), pro **gnat-jans, *moit-jans.* In his tamen postremis casibus fortasse statuendum erit terminationes originarias *-tja, -ja, -jans* transiisse jam a priscis temporibus in *-tia, -ia, -ians,* mutatâ spirante in vocali, vel in *-tija, -ija, -ijans* (pereunte *j*), quod indicatum videtur ab infectione dentalis tenuis *t* in *th, d*[1]. In nonnullis casibus *j,* mutata in *i,* regressa videtur ad vocalem syllabæ præcedentis, ut *guide* pro **gud-ie,* pro antiquiore **gud-ja.*

Originaria *v* perit in vetustâ linguâ hibernicâ in medio et fine vocum : *dia* (deus, orig. *daiva-s); *lí* (color, lat. livor, camb. *lliw*); *noe* (navis, gen.). In initio vocum transit : in respondentem vocalem *u* interdum : *úrde* (viridis); sæpius in labialem aspiratam : *fer* (vir), *fír* (verus), *fín* (vinum); vel in labialem mediam : *bir* (veru), *fedb* (vidua, sansc. vidhavā), *briathar* (verbum, got. vaurd, lit. warda), *tarb* (taurus, vet. gall. tarvos, camb. tarw), *bran* (adj. niger, subst. corvus, sansc. varṇ [colorare], várṇa [color], slav. vran, vranu, lit. wrane, warnas) et plura alia[2].

Sane hæc consona hibernica *b* miram sonorum originariorum varietatem repræsentat. Est enim pro originariâ labiali mediâ B :

1. In latinâ linguâ dentalis finiens radicum quarum thema exit in ă (= ĕ, ĭ), vel in ja (= ē) transit in s quum accedit flexio participii -tus, -ta, -tum, quæ mutatur per assimilationem in -sus, -sa, -sum : missum, cessum, fassum, messum, quassum, fessum, passum. Contra dentalis radicalis manet intracta in thematibus aliter desinentibus : metātum, audītum, partītum, statūtum; vel quum inest, ut videtur, reduplicatio : creditum, deditum, conditum.

2. In linguis celto-romanicis sæpe *b* loco esse originariæ *v* dubium non est : franco-gall. borgne, celto-ital. borni, borgno, unoculus, cæcus (arem. *born,* unoculus, hib. *bran,* niger), sed sl. vran, lit. wrane, sansc. varṇ, colorare; celto-it. berta, pica (corn. *berthuan,* gl. parrax), id est loquax, sed sansc. vṛdh, loqui; celto-ital. berro, berrúa, barbin, vervex, ovis, agnus, franco-gall. brebis (hib. *bruinn,* ovis), sed lat. vervex; celto-ital. brak, franco-gall. braque, canis venaticus (hib. *breach,* lupus, canis) sed sansc. vṛka, lupus, lith. wilkas, slav. vluku.

doairblaing (desiluit) = **do-air-lab-ing*, rad. orig. LAB; — vel pro originariâ labiali aspiratâ BH : *biur* (fero), rad. orig. BHAR; — vel pro originariâ spirante V : *tarb* (taurus), gall. vet. tarvos; — vel pro originariis SV, pereunte S : *barn* (vester), gr. σφ-; — vel pro originariis PV, pereunte P : *biáil* (securis) = **pviail*=**puesal* = **pelasu*, orig. paraku; — vel denique pro originariis GV, pereunte G : *biu* (vivus) = **gvivu*, got. kvius, e rad. orig. GVIGV, sansc. ǵīv (vivere); *bó* (bos) = **gvó*, sansc. gaus; *ben* (mulier) = **gven*, got. kvēns (th. kvēni), sansc. ǵāni-, ǵānī, gr. γυνή, bœot. βανά, orig. GVAN-. Revera in his postremis casibus *b* hibernica est pro originariâ V (U), excussâ consonâ initiali S vel P, vel G. In aliis casibus dubium manet utrum *b* hibernica sit pro originariis GV vel pro solâ originariâ G, ut in voce *bliocht* (lac, O'R.; camb. *blith*), quæ respondet gr. γλακτ-, et lat. lact- pro *glact. Juxta analogiam respondendum videtur pro primâ hipothesi, quæ confirmatur etiam e radice sansc. vṛǵ (purgare, abstergere), si hæc conferatur cum radicibus grah, glah (capere), hrag, hlag (colligere), ita ut radix plenior originaria fuerit GVARG, et thema originarium significaverit extractum, detersum, vel collectum [1]. Ab eâdem radice, ut puto, orta est forma parallela MARG, sansc. mṛg, unde formæ hib. *do omalgg* (gl. mulxi, Z. 71), *mulcan* (gl. glassia, Stok. Ir. gl. p. 60), *melg* (lac, O'R.), et formæ respondentes græcæ, latinæ, slavicæ, lithuanicæ, germanicæ [2].

Sicut in cognatis linguis, sic et in linguâ hibernicâ obtinet interdum alteratio mutæ originariæ in mutam diversi organi vel diversæ classis. Jam superius notata est mutatio tenuis labialis originariæ in tenuem gutturalem hibernicam : *secht* (septem), *necht* (neptis). Item mutatio regularis aspiratarum in medias ejusdem organi indicata est. Alias

1. Ideo celticam *b* in vocibus hib. *bliocht*, camb. *blith*, et syllabam gr. γα- in γαλακτ-, reliquias continere vocis originariæ gāus (bos), ita ut illa vocabula lac vaccinum primitus significaverint, verosimile non est. Hujuscemodi compositum singulare omnino esset. Vocem græcam γαλακτ- esse pro γλακτ, insertâ α euphonicâ, monent forma parallela γλάγος, voces latinæ et celticæ nuper citatæ, et exempla plurima græcarum vocum in quibus hujus vocalis fit per euphoniam insertio, ut βάραγχος pro βράγχος, βάλανος pro *βλανος (lat. glans). Cæterum verius videtur, majores nostros lac omne, vel saltem prius muliebre quam vaccinum, communi vocabulo nuncupavisse.

2. Eadem nutatio, quæ jam apparet in formis sanscritis vṛǵ et mṛǵ, deprehenditur in vocibus celto-italicis ejusdem originis : bergamina, margaria (armentum).

minus certas mutationes memorat Zeuss sive organi, sive classis[1], quæ hic brevitatis causâ omittuntur. Sed præ omnibus, meo quidem judicio, perpendendæ sunt alterationes quædam, quæ leviter inspicienti omnino abnormes videri possunt, scilicet mutatio gutturalis originariæ in dentalem hibernicam, induratio mediæ in tenuem et destitutio tenuis in mediam, in quibusdam positionibus. Voces hibernicæ *tenge* (lingua), *dér* (lacruma), præclara harum alterationum perhibent exempla. In voce *tenge* (thema **tengath*), dentalis tenuis est pro originariâ gutturali mediâ (vel aspiratâ), et inde organi simul et classis mutationem offert. Revera thema originarium videtur fuisse GHVAGHVARTA (sansc. *ǵihvṛta), ortum per reduplicationem a radice orig. GHVAR (sansc. hvṛ, curvari), cum suffixo TA, ita ut hujus vocis significatio prima fuerit quod curvatur, flectitur. Attenuatâ reduplicationis consonâ *gh* in *g* et vocali *a* in *e*, regressâ prius liquidâ et inde excussâ, transeunte *g* in *d* ante *e* ob sonum palatalem, regressâ spirante radicali *v* ad consonam reduplicationis, supponi possunt themata successiva **gleguat* et insertâ nasali **glenguat*, **dengvat*, **dvengat*. Hanc postremam formam, per mutationem spirantis *v* in vocalem, transiisse verosimile est in **duengat*. Sed in combinatione hibernicâ *du* (*do*) ante vocalem, dentalis media induratur in tenuem (ex gr. *do-air-* = *tair-*, *do-imm-* = *timm-* etc.); ideo **duengat* fit regulariter **tengat*, unde forma historica hibernica *tenge*, gen. *tengad*. In formis britannicis, camb. *tafawt*, corn. *tavot*, pro **dvagvat*, gutturalis radicalis excussa est, sed contra spirans mansit in sillabâ radicali. Concordat græca vox γλῶσσα, γλῶττα, quæ per themata hypothetica *γλευχτα, et transpositis litteris *γεχλεϝτα, *γεχϝελτα, redit ad originarium thema GHVAGHVARTA. Voces autem, sansc. ǵihvâ (pro *ǵrihvâ; zend. hizva), lat. lingua (pro *glinhva), alb. γλούχα (pro *γλευχα, *γλεχϜα), got. tuggô (cujus dentalis est loco palatalis), ex eâdem radice procedunt, mutato suffixo; hæ voces enim thema originarium supponunt GHVAGHVARA (sansc. *ǵihvara), cujus significatio fuerit flexibilis. Voces gr. γλῶσσα pro *γλευχτα, alb. γλούχα pro *γλευχα elementa thematis originarii magis quam cæteræ linguæ servaverunt.

Vox hibernica *dér* pro **decr* (camb. *dacr*, lacruma) præbet itidem dentalem pro gutturali originariâ, sed contra originariam tenuem destituit in mediam. Thema originarium statuendum est KRAKRAVA

1. 45, 46.

vel KAKRAVA (sansc. *çaçrava) a rad. orig. KRAV (sansc. çru, fluere), significans fluens, stillans. Mutatio gutturalis originariæ in dentalem hibernicam explicanda est, ut in voce *tenge*, ex sono palatali antiquiore. Destitutio autem tenuis in mediam in sillabâ reduplicationis oritur, ut censeo, ex regulâ pluribus cognatis linguis communi, juxta quam tum consonæ, tum vocales ad syllabam reduplicationis pertinentes attenuantur in molliorem sonum. Revera sanscrita lingua gutturales radicales mutat in molliorem sonum palatalium in sillabâ reduplicationis; item attenuat syllabam reduplicationis in radicibus quæ incipiunt a duabus consonis. Aspiratæ radicales pariter destituuntur aspiratione in sillabâ reduplicationis tum in sanscritâ tum in græcâ linguâ. Quin imo sanscrite et græce excutitur consona reduplicationis nonnullis in casibus præcipue quum consona radicalis jam decidit in his linguis e sono originario in molliorem sonum. Sic gr. ἐγείρω (vigilo) est pro *γεγείρω (sansc. gâgr); sansc. açru (lacruma) est pro *çaçru, cum quâ formâ concordat lit. aszara. Si hæ conjecturæ probabiles sunt, non aliter explicanda est græca vox δάκρυ (pro *τακρυ = *κακρυ, cum dentali pro gutturali, sicut id πέντε, τέσσαρες etc,). Ideo in vocibus celticis, hib. *dér*, camb. *dacr*, et gr. δάκρυ, consona reduplicationis vertitur in debiliorem sonum mediæ pro tenui regulariter expectandâ. Vox germanica (got. tagrs, thema tagra) sequitur hic etiam propriam legem de mutarum transpositione et exhibet tenuem pro mediâ in syllabâ reduplicationis et mediam pro tenui in syllabâ radicali. Latina vox lacruma (pro *glacruma) excutit gutturalem mediam ante liquidam ut in lingua, lac, libum, sed geminat liquidam radicalem in syllabâ reduplicatâ sicut in fragro. Hæc omnia autem confirmantur a voce slav. sleza, in quâ duæ gutturales et liquida thematis originarii regulariter repræsentantur.

Induratio, nempe mutatio mediæ et aspiratæ in tenuem, obtinet in hibernicâ non secus ac in classicis linguis, non tamen æquo modo. Græca lingua jam mutat in tenuem : 1° quamcumque aspiratam in syllabâ reduplicationis; 2° aspiratam labialem originariam, quæ est in initio radicis, quoties radix desinit in aliam aspiratam : πυθ-, πενθ-, pro *φυθ-, *φενθ-; 3° mediam et aspiratam tum labialem tum gutturalem, ad quam accedat dentalis tenuis vel *s* : λεκτός, rad. λεγ-; δεκτός, rad. δεχ-; γραπτός, rad. γραφ-; τρίβω fut. τρίψω, γράφω γράψω, ἄγω ἄξω, δέχομαι δέξομαι. Latina lingua mutat in tenuem, sed non semper, labiales et dentales aspiratas originarias in radice: patior, puto, rutilus, sapiens, piscis [1];

1. Lat. piscis est pro *quicsis, cujus initialis tenuis respondet revera

et medias et aspiratas gutturales et labiales radicales quum accedit dentalis tenuis vel *s:* pictum, scriptum, tractum, pinxi, scripsi, traxi. Contra lingua hibernica præcipue in dentalem mediam indurationem exercet in quibusdam casibus quum dentalis media posita est ante spirantes *s*, *v* (= *u*), quas sequatur vocalis. Hæc autem induratio obtinet: 1° in nonnullis thematibus vetustis, ex. gr. (*tenge* (= **dvengat*), scilicet, ut videtur, in syllabâ reduplicationis; 2° in articulo masc. gen. dat. fem. nom. dat., neut. gen. dat. numeri singularis, et nom. plur. cujusque generis, qui pro *d* sumit *t* ante *s* emortuam : *int-serc,* pro *ind serc;* 3° in particulâ *do*, quæ coalescat in compositione cum voce quæ incipiat a vocali, vel consonâ emortuâ : *tairci* pro *do-airci; to-, tor-,* pro *do-fo-*, *do-for-; tuidecht* pro *do-suidecht; tintúth* pro *do-ind-sóuth.* Rarius induratur labialis media (vel originaria aspirata) : *impúth* pro **imb-sóuth; impe* pro **imb-se* (orig. **ambi-sja-m*).

Cum hâc induratione confundenda non est quæ oritur ex scripturâ hibernicâ, juxta quam media non infecta, vel duplex media indicatur signo tenuis : *etarcne, écne, epil, atom-, atob-,* pro *etarggne* (= *etargne*), *eggne* (= *aithgne*), *ebbil* (= *aithbil*), *addom-, addob-.*

Obiter denique monendum est, transpositionem litterarum in linguâ hibernicâ latius fortasse quam in cæteris congenitis linguis invaluisse. Hoc autem accentus vi plerumque factum fuisse jam supra notatum est. Quandoquidem tamen transpositio extra actionem accentus obtinuit.

Pauca nunc de codice taurinensi, quem bis præ manibus habui et attente inspexi, comiter concedente C. Gorresio, bibliothecæ taurinensis athenæi præfecto, viro doctissimo, de philologicis disciplinis benemerent issimo. Amedeus Peyron, qui codicis lacinias invenit inter chartas bobienses, hæc de iisdem refert :

aspiratæ originariæ. Thema primitivum videtur fuisse GHAGHASA (sansc. *ǵihasa), a formâ desiderativâ radicis GHA (sansc. hā, ire), ejusque significatio esset igitur flexuose iens; radices enim motum significantes in formis reduplicatis motum curvum vel obliquum indicant. Forma desiderativa, quæ in sanscritâ linguâ regulariter esset ǵihās, contracta est in *ǵaksh, unde *ǵhash, regressâ radicali aspiratione, sicut in didhiksh a dih. Ab hac formâ desiderativâ contractâ *ǵhash, adjectis suffixis thematis a, u, i, ortæ sunt voces : sansc. ǵhashá; gr. ἰχθύς, prægressâ aspiratione, pro *Fιξυς (cum F pro gutturali sicut in Fέλμινς); lat. piscis; camb. corn. *pisc,* arem. *pesk;* hib. *iasc* (thema *[*p*]*isci*), excussâ *p,* more solito; got. fisks, cum *f* pro gutturali sicut in fidvôr, fimf; let. fiws; lit. zwejas, zuwis, cujus z repræsentat regulariter gutturalem originariam.

« Codicis fragmentum constat foliis duobus a manu saxonica (lege
» hibernicâ) exaratis .... sæculo IX, fol. parvo. Incipit etc. Anonymi
» commentarium in evangelium Marci ... Multis glossis interline-
» aribus saxonicis (lege hibernicis) scatet. Hunc codicem credo fuisse
» 92 Inventarii, in quo habetur — Hyeronimi comentariolum in Marcum
» idest expositio super Evangelium sancti Marci. Glosata in cartis gros-
» sis et in littera longobarda — Revera membrana est crassa. »[1]

Codex est membranaceus, sæculi IX ineuntis. Continet textum latinum manu hibernicâ exaratum, et glossas partim hibernice, partim latine scriptas. Sed glossæ hibernicæ copiosiores sunt quam latinæ. Forma litterarum tum in textu tum in glossis prorsus hibernica est, quæ nempe apud Hibernos sæculis octavo et nono in usu erat. Non idem tamen calamus textum et glossas exaravit. Litteræ textus, satis elegantes et claræ, grandiores sunt et magis regulares quam litteræ glossarum. Atramentum adhibitum in scriptione textus pristinum nigrum colorem servavit, dum in glossis sensim flavescit. Textus latinus præbet fragmentum commentarii Hieronymi in Marci evangelium. Constat codex duobus foliis, vel potius unâ membranâ ad dimidium plicatâ quæ duo folia efficit. Dimensio foliorum hæc est. Longitudo pedem romanum attingit; latitudo uncias octo et semis superat[2]. Folium primum constat duabus scriptis paginis; utraque pagina duabus columnis; quæque columna lineis triginta. Præbet autem hoc folium commentarium in Marci evangelium a § 1 ad § 7 cap. I. Folium alterum item duabus paginis et quatuor columnis constat. Prima et quarta columna quadraginta et unam, secunda et tertia triginta et novem lineas habent. Continet hoc alterum folium commentarium in Marci evangelium a § 52 cap. XIV usque ad § 22 cap. XV.

Codex orthographiam sequitur quæ hibernis illius ætatis propria fuit et orta est ex linguæ hibernicæ pronuntiatione et scripturâ[3]. Sic frequenter accentu notantur vocales productæ (præsertim in monosyllabis), ut : mé, nós, sé, ós, sí, tú, síc, ís, á, ó, híc, hiíc, fletús, nobís, uestimentís, scopolís, simón, uestís, cilicínæ, isác, pilís, adpropincáuit, relictó, uiís, bonís. Consona geminata sæpe adhibetur pro simplici : paradissum, essaia, possitos, camello, camelli, ollim, dessiderium, sussannam, excussabiles, sarræ, farissei, amisserunt.

1. A. Peyron op. cit. 192.
2. Juxta hodiernam mensuram : long. 29 centim. latit. 21.
3. Z. XXI. — W. Reeves, Ad. Life of St. Col. XVI.

Consona simplex pro geminatâ : pecatoribus, dimituntur, rebica (Rebecca), confesio (sed alias confessio), efugere, eclesia, sciso, matheum, desoluam, remisionem. Vocalis simplex pro geminatâ : euangeli, sequntur. Vocalis geminata pro vocali productâ : hiic. Frequentes sunt (ortæ plerumque ab usu assonantiæ hibernicæ), alternationes et mutationes litterarum : a pro e : alaxandri, catacomini, samual, maladictus, faciam (faciem). a pro i : sinastram (sinistram). æ pro e : iordanæ. e pro a : sepulture. e pro æ : querendam, querebant, querunt, sepe, cirineum, farissei, demonia, eleseus, matheum, herente. e pro i : deadema, possedeamus, eleseus, essaia, levetici, desoluam, deligamus, dilegit, delegit, corregunt, ascellas, dereuetur, fedem, turgeda, ancella, eregitur, eregimur, humileat, defecit, caligenantibus, intellegamus, tortures, trenitate, penetemini. e pro je : heremiam. e pro œ : penetemini, penitentia. i pro e : cicidit, dimersa, di, diserto, herimo, riginæ, diserti, discendit, discensione, silvistrici, missias, egridiebatur, iohannis (Johannes), mulieris (mulieres), perigrina, dulcido, ficerunt, spinia, cirineum, catacomini, rebica. i pro y : simbulum. o pro a : opologiam, colophis. o pro ao : faronis. o pro u : mondi, adnontiatio, obmotuit, tortures (turturis), tonicam, catacomini, porpora, motauit. u pro au : pludite, pluderet, pludise. u pro o : butrus, mursus, simbulum; b pro v : labaret. b pro p : babtismum, babtizans etc. c pro ch : crismantur, pulcritudo, catacomini. c pro qu : quiscilia, adpropincáuit. ch pro h : abracham, retrachit, trachit, trachere. f pro ph : profeta, profetam, etc., faronis, farissei. p pro bb et b : oproprium, sapathum, ph pro p : alaphis. s pro z : eleseus. t pro d : contempnauit, intuetur (induitur). th pro d : ephoth. ter pro tr : ministeris (ministris). Nec sola orthographia, sed et grammatica non tamen adeo frequenter, mendis inquinatur : faciuntur, obsorbeuntur, angarizauerunt, ut non, ut ne etc. Vocabula tum latina, tum hibernica sæpe abbreviationis siglis notantur. Vocabula latina abbreviata, quippe quæ nullum exhibeant dubium, in integrum restitui et transcripsi. In textu latino, quæ sæpius abbreviantur syllabæ et voces, hæ sunt : ad, -am, -em, -um, -m, -an, -n, -u, -e, -er, -ar, -ur, ante, apostolus, atque, au-, autem, bene, Christus, Christi etc. co-, con-, com-, cum, David, deus, dei etc., di-, dicit, dicitur, dixerunt, dixit, dominus, domini, etc., ejus, enim, esse, esset, est, et, et reliqua, græce, græco etc., hæc, hanc, hic, hinc,

hoc, hominis, hunc, id, id est, Ieshus etc., in, inter, magister, meum, mi, mihi, nec, ni, nisi, non, nunc, omnia, per, peri-, post, præ-, pre-, pri-, pro, propri-, proprie, propter, qu-, qua, quæ, quam, quando, -que, quem, qui, quia, quo, quod, reliqua, secunda, secundum, sed, si, sicut, sine, spiritu, sunt, -tar, -ter, -tur, -tra, tunc, -ue, -us, unde, -uu, vel, vero. Vocabula hibernica, prout characteres typographici concedebant, cum propriis abbreviationis signis reliqui, nempe : 7 = *acus; sõ = som; am̃ = amal; dĩ = din* (apud Z. *dim*); *s̃t = sunt; dã = dan* (apud Z. *dam,* apud Stok. *dana*); *cr̃. = críst; iar̃ = iarum; spõ = spiruto; l. = no; isr. = israhel.* Paucas, minoris momenti, abbreviatas syllabas restitui, i. e. *preceptae, tra, adcondairc, comberad, conimruldatar, prithchite, condib, persan, maic, dosbertar, mbertatar, conéicnisset, intercbal.* Etiam errores, si qui sunt, in glossis intactos reliqui, nempe : *hitosch* pro *hitosuch, forcuad* pro *forcnad, in bronasnae* pro *in brosnae* vel *inna brosnae, donbial* pro *donbiáil, in samthige* pro *inna samthige.* Commata et puncta sic notantur. Finis majoris sententiæ indicatur tribus punctis, vel duobus cum commate (... vel ..,). Finis minoris sententiæ indicatur duobus punctis (.. rarius :) vel uno puncto cum commate (.,). Comma autem simplex seu virgula redditur uno puncto (.). Siglum ⇔ indicat sequentia verba usque ad finem lineæ legenda esse post lineam inferiorem, e. gr.

⇔ serti erant a spiritu dei sicut do.
In diserto hautem fit et uox et clamor quia di
mus uacans.

Quod legendum est :

In deserto autem fit et vox et clamor quia deserti erant a spiritu dei sicut domus vacans.

Hæc autem scriptio obtinet quum, exactâ capituli periodo anteriore, mansit utile spatium in linea[1]. Ad citationem indicandam adhibetur siglum (..,) quod præcedit sententiam et sequitur ante initium cujusque lineæ usque ad finem citationis, et respondet hodierno siglo (»). Sæpius tamen citationis signum deest omnino.

Glossæ sunt interlineares et marginales; pleræque, ut dixi, hibernicâ, nonnullæ latinâ linguâ conscriptæ. Interdum voces latinæ inter glossas hibernicas insertæ sunt. Has autem latinas voces, in glossis, diversis characteribus distinxi. In textu latino græca vocabula etiam occurrunt,

1. O'Don. op. cit. 434.

ut сотер (σωτήρ), аnгеλос (ἄγγελος) etc., servatâ litterarum græcarum formâ quæ in codicibus hibernicis ejusdem ætatis reperitur[1]. Nec desunt græca vocabula latinis characteribus et flexionibus scripta, ut apopompeius, pneomatis agii pro ἀποπομπαῖος, πνεύματος ἁγίου etc. Lingua glossarum eadem est quæ in glossis codicum Prisciani Sancti Galli, Paulini wirziburgensis et mediolanensis bibliothecæ ambrosianæ, cum quo ultimo codex taurinensis communem habet originem; uterque enim a bibliothecâ monasterii bobiensis procedit. Nitidior autem et correctior est quam in ambrosiano scriptura codicis taurinensis. Sed in hoc litteræ multæ et etiam integræ lineæ prioris et ultimæ paginæ sunt adeo evanidæ vel erasæ ut earum lectio difficillima sit. Nullo satis certo argumento statui potest utrum codex taurinensis ex Hiberniâ translatus an in ipso bobiensi vel in aliquo alio continentis Europæ monasterio conscriptus sit quo tempore Columbani discipuli et successores, exemplum clari magistri secuti, in monasticis pluteis locupletandis provide incumbebant.

Addo, in adnotationibus, exemplorum causâ, codicis mediolanensis[2] glossas nonnullas passim selectas, præcipue ex imitationibus quorumdam foliorum quas ad me misit ambrosianæ bibliothecæ præfectus. Aliis enim officiis distentus, Mediolani paucis tantum diebus commorari potui ut codicem ipsum viderem. Hunc vero codicem, membranaceum, vetustate venerandum (attingit scilicet sæculum VIII), e monasterio bobiensi itidem procedentem, jampridem descripserunt Muratorius[3], Vallarsius[4], Peyron[5], et Zeuss[6], qui postremus plurimas etiam glossas inde excerptas in suam grammaticam celticam transtulit. Continet codex commentaria Columbani in psalmos et copiosis scatet glossis hibernicis interlinearibus et marginalibus. Prætiosum enimvero monumentum! Quod sane, antiquitate, conservatione, et copiâ meritoque glossarum, quemcumque alium celticæ originis codicem vel facile æquat vel superat. Utinam vero insignis iste vocum et formarum hibernicarum thesaurus non imparem aliquando editorem nanciscatur!

Manet nunc ut viros doctos, qui hæc legent, moneam, hujus opusculi prætium, si quod est, non in præfatione et in adnotationibus, quæ

1. Cf. W. Reeves, Adamnan's life of St. Columba. Dublin. 1857. XX. XXI.
2. Distinguitur in biblioth Ambros. notâ C. 301. Glossæ mediolanenses a me transcriptæ citantur hic juxta codicis paginarum, non foliorum, numerationem.
3. Antiq. Ital. III. 859.
4. S. Hieron. op. in præf. ad app. T. VII.
5. Op. C. 26. 188.
6. Gr. celt. XXIX.

aut jam ab aliis relata repetunt, aut novas conjecturas parvâ, vereor, auctoritate suffultas exponunt, quærendum esse, sed in solâ transcriptione glossarum, quam, ut potui, magnâ diligentiâ et sinceritate prosecutus sum.

NOTA AD PRÆFAT. PAG. VIII.

DE RIMÂ ET RYTHMICÆ POËSIS ORIGINE.

Rimam a legibus assonantiæ celticæ originem ducere affirmare non dubito. Notum est propriam et popularem formam recentioris poësis romanicæ, id est italicæ, gallo-francicæ, hispanicæ, lusitanicæ, esse versum ligatum 1° accentu, 2° pari syllabarum numero, 3° rimâ. Unde orta sit specialis hæc forma, quæ in antiquioribus linguis non invenitur, jampridem disquisiverunt viri docti. Antiqui Indi pari syllabarum numero versum ligaverunt. Nulla est apud eos ratio accentus vel sonorum congruentiæ. In satis ingenti carminum sanscritorum mole, quæ supersunt, vix est si semel vel bis rimæ exemplum fortuito occurrit. Germani in ligatæ orationis monumentis antiquioribus quæ usque ad nos pervenerunt alliterationem, seu congruentiam sonorum incipientium adhibuerunt; rimam serius a finitimis gentibus celto-latinis mutuati sunt. Quum adhuc Germani vetustiora de Hildebrando carmina, sine rimâ, cum solâ alliteratione construebant[1], jam apud populos celto-latinos rima obtinuerat in hymnis latinæ ecclesiæ, et prout conjici potest in cöævis carminibus hibernicis et britannicis. Cæterum germanicæ originis populi qui Italiam, Galliam, Iberiam invaserunt, et si non pauca in glossario, fere nulla reliquerunt vestigia in linguarum romanicarum constructione, et phonologia. Ideo romanicam constructionis poëticæ formam in linguis classicis aut in celticis quærere oportet. Origo enim rimæ arabica inter fabulas omnino rejicienda est. Obiter notandum, alliterationem, seu incipientium sonorum congruentiam, priscis italicis linguis non repugnavisse, celticis autem dilectam fuisse, ut docent engubinæ tabulæ, et formulæ nonnullæ latinæ servatæ apud Livium, Plautum, Varronem, Catonem[2],

1. In carmine de Hildebrando bis vel ter deprehenditur vestigium assonantiæ finalis monosyllabæ. Sed rara hæc exempla vel fortuita, vel ex imitatione celticâ orta videntur.

2. Grotefend. Rudimenta linguæ umbricæ. IV. 12.

nec non multa ex antiquioribus carminibus hibernicis et britannicis [1].

In linguis classicis non secus ac in celticis duplex extitit originarium phoneticum elementum, unum nempe interius, ut ita dicam, quod est quantitas, alterum exterius quod est accentus. In construendâ tamen ligatâ oratione, prout constat ex superstitibus documentis, Græci quantitatem, Celtæ accentum, tanquam fundamentum formæ poëticæ posuerunt. Latini, intermedium quasi iter secuti, versum accentu et pari syllabarum numero ligatum non respuerunt, ut monent saturnii numeri, sed quantitatem in excultis carminibus prætulerunt. Hanc diversitatem inter classicas et celticas linguas, quæ aliunde arcto vinculo simul conjunctæ sunt, explicandam esse censeo ex eo quod conscientia significationis et formationis verbi originarii, ob causas historicas et ethnologicas, quas hîc exponere locus non est, præcocius periit apud Celtas, serius apud Italos et Græcos. Verum, tractu temporis, Latini etiam et Græci sensum quantitatis unâ cum memoriâ genesis verbi originarii magis magisque amiserunt. Quantitate paullatim obsolescente, naturali et lento processu accentus prævaluit, prout scilicet varia et prius distincta elementa quibus componebatur verbum originarium in uno quasi corpore simul coaluerunt et fusa sunt. Quatenus enim, ut conjicere licet, in formatione linguæ arianæ originariæ elementa radicalia et flexiva nihil aliud erant quam monosyllaba juxtaposita, nondum fusa nec conjuncta, immo nec simul suta, non erat accentus verus, seu tonus major, qui vocem polysyllabam supponit. Amissâ prorsus conscientiâ verbi originarii, obsoletâ quantitate, accentu prævalente, aliis etiam exterioribus causis juvantibus, mirum non est Græcos et Italos, successu temporis, propria idiomata in novas formas deflexisse, et in ligatâ oratione, rejecto metro, accentum et numerum certum syllabarum adhibuisse. Revera forma recentioris Græcorum poësis quæ popularis et eorum propria est, nonnisi accentum et certum syllabarum numerum præbet [2].

Si forma recentioris poësis populorum, quos neo-latinos vel romanicos nuncupare placitum est, eadem omnino esset ac forma recentioris poësis popularis neo-græcorum, si nempe accentu et pari syllabarum numero contenta esset, supponi poterit eam ortam esse nonnisi ex naturali processu et explicatione latinæ linguæ, quæ jampridem ipsius indoctæ italicæ plebis ingenio, et postea novorum populorum, qui a romanis sermonem cum ditione receperunt, indoli et necessitatibus se se accommodaverit. Sed romanica

1. Z. 936. 946. — Goidilica, 38. et seq.
2. Fauriel. Chants populaires de la Grèce moderne. I. CXVIII.

poësis, jam ab incunabulis, accentui et pari syllabarum numero novum adjunxit elementum, scilicet rimam, seu assonantiam finalem, quam postea plurimi variæ originis populi mutnati sunt. Porro rima ex solo naturali processu latinæ linguæ explicari nullo modo potest. Apud Latinos nec res extitit nec nomen. Si in latinis carminibus nonnulla rara assonantiæ finalis exempla passim occurrunt, hæc fortuita omnino sunt, non quæsita. Assonantiam finalem latini poëtæ nunquam quæsiverunt immo semper sedulo evitaverunt. Neque in incultis romanæ plebis vel romanorum militum cantilenis, quæ supersunt, etiam in illis in quibus metrica forma jam deficit, ullum rimæ deprehenditur vestigium. Assonantia finalis vel rima, sæculo quarto obeunte et quinto incipiente vulgaris ævi, primum occurrit in hymnis latinis ecclesiæ mediolanensis, qui sancto Ambrosio et sancto Augustino tribuuntur. Prima itaque rimæ certa exempla inveniuntur in solo celtico, apud celticas gentes, in carminibus conditis a poëtis qui vel celticæ originis sunt, vel apud celticas gentes diu commoraverunt. Verosimile est, hosce hymnos mediæ latinitatis constructos esse juxta formam celticæ poësis, quæ tunc vigebat et quæ jam assonantiam finalem præbet in antiquis ejus reliquiis hucusque detectis. Profecto carmina hibernica et britannica vetustiora quæ ad nos pervenerunt sæculum octavum vel septimum superare non videntur. Sed temere non est affirmare celticas gentes, quæ moris consuetudinisque majorum tenaces semper fuerunt, jam multo antea, primis nempe vulgaris ævi sæculis, eamdem poëticam formam adhibuisse. Hæc argumenta, quæ historica appellari possunt, jampridem exposuit I. C. Zeuss, magnæ sane in his rebus auctoritatis vir [1]. Sed aliud adest argumentum, ex ipsâ celticarum linguarum indole deductum, quod primus, vel inter primos, virorum doctorum disquisitioni submitto. Inter leges celticæ phonologiæ, singularis illa notanda est, cujus vi in eodem vocabulo fortis vocalis (a, o, u) post vel ante se itidem fortem vocalem et sæpe eandem præferat, tenuis vero tenuem (e, i). Hæc regula, quæ jam late obtinet in documentis hibernicis et britannicis septimi et octavi sæculi, et multo amplius in posterioribus, assonantia celtica nuncupari potest. Peculiaris est et propria (inter ariani stipitis idiomata) solis celticis linguis. Originem autem habet, ut puto, in quadam ingenitâ et singulari dispositione organorum, sonis congruentibus indulgentium, quæ primis temporibus, dum nempe manebat aliqua genesis verbi originarii memoria, nonnisi rara et defectiva

1. Z. 916. 925.

peculiaritas fuerit, sed postea naturali processu in consuetudinem creverit, donec verum et specialem celticæ phonologiæ characterem constituerit. Non aliter novissimi historiæ naturalis scriptores originem specierum explicare conantur. Juxta horum argumentationem species orta est ex uná vel pluribus singularitatibus abnormibus individui, quæ per hæreditatem transmissæ, in fixas et regulares proprietates, ab originario tipo magis magisque diversas, paullatim transiverint, donec tandem fere indelebilem speciei characterem in posteram progeniem impresserint. Porro hanc ipsam causam, quæ in celticis linguis genuit assonantiam interiorem seu congruentiam sonorum in eodem vocabulo, exteriorem assonantiam poëticam finalem seu rîmam genuisse verosimile est. Eadem est utriusque assonantiæ genesis, eadem ratio, idem processus. Quæri potest quomodo nam celticæ stirpis populi, superiorem Italiam, universas Gallias et Ibericam peninsulam incolentes, qui latinum sermonem receperunt, pariter latinam poësis formam, vel metricam vel saltem popularem, quæ utraque rîmæ expers erat, non receperint, et celticam assonantiam servaverint. Huic quæstioni facile respondendum videtur. Celticæ gentes, latinam linguam magnâ ex parte utique mutuati sunt et proprio ingenio usuique accommodaverunt. Eo autem facilius hoc factum est, quo arctior erat nexus inter celticas et italicas linguas, quo citius Celtæ in ditionem populi romani reducti sunt, quo magis Roma victrix subjectas imperio gentes armis, litteris, artibus, legibus, institutis superabat. Revera romanicorum populorum glossarium et grammatica latinam originem perhibent, quamquam in utroque satis frequentia celtica vestigia manent. Sed dum Celtæ a Romanis glossarium et grammaticam mutuabantur, propriam phonologiam servaverunt. Latinam linguam accommodaverunt legibus celticæ phonologiæ, propriis ut ita dicam, organis propriæque pronuntiationi. Illæ itaque inter romanicas linguas et dialectus quæ apud populos celticæ originis in usu sunt, celticæ phonologiæ leges adhuc sequuntur. In eis obtinet infectio et retrocessio vocalium, infectio tenuium, destitutio mediarum et interdum assonantia interna. Mirum non est si etiam in eis assonantia poëtica finalis seu rîma, quæ proprie ad phonologiam pertinet, servata fuerit. Concludendum est igitur, versum romanicum, accentu ligatum et pari syllabarum numero oriri potuisse ex duplicis causæ concursu, nempe a naturali explicatione latinæ linguæ et ab exemplo, pariter efficaci, affinium celticorum populorum; sed rîmam, seu assonantiam finalem, a solis celticæ phonologiæ legibus derivatam esse.

FRAGMENTA CODICIS BIBLIOTHECÆ ATHENÆI TAURINENSIS OLIM MONASTERII BOBIENSIS IN QUIBUS CONTINENTUR RELIQUIÆ COMMENTARII IN MARCI EVANGELIUM CUM GLOSSIS HIBERNICIS.

PAG. I. COL. I.

tantes caritatis manipulos [1] cum gau
dio metamus in cœlo.. Explicit prologus...
Initium euangeli ihesu christi filii dei us
que semitas eius.. euangelium græce dicitur latine
bona adnontiatio interpretatur.. quod proprie ad regn
um dei et ad remisionem peccatorum pertinet.. unde dicitur pę
netemini et credite euangelio et adpropin
cáuit regnum cælorum; ihesu christi saluato
ris uncti.. in ebreo ihesus missias.. [2] in græco.
COTEP. XPS.. in latino saluator unctus [3]..
id est rex et sacerdos [4] dicitur dum de genere dauid
nascitur christus et uocibus uatum [5] profetatur le
uetici generis unde sequitur. § clamantis [7] in di
.., Sicut scriptum est in essaia profeta uox [6]
serto et reliqua.. uox est iohannis de qua uoce
clamat dominus ihesus ad iudeos. quod inter natos mu
liere maior esset illo nemo.. clamor hautem [8] ad sur
dos uel longe possitos uel cum indignatione
fieri solet.. quæ .iii. [9] in iudaico certum est eue
nisse populo dum longe est a pecatoribus
salus et aures suas grauiter obduraue
runt sicut aspides surdae [10] et indignatio
nem et iram et tribulationem christi [11] audi
re meruerunt § serti erant a spiritu dei sicut do
.., In diserto hautem fit et uox et clamor quia [12] di
mus uacans et scopata [13]. diserti a profeta
a rege atque sacerdote.. unde in diserto [14] qu
erunt iohannes et ihesus quod [15] in diserto amisum
est.. ubi [16] uicit diabulus ibi uincitur.. ubi cici
dit homo ibi exsurgit.. Ecce mitto

PAG. I. COL. I.

1 ./. præmia cælestia

2 ./. *cech da son dombersom beus*

3 *oingthe*

4 ./. *issi dias insin oingther leusom*

5 ./. *in sacardd ./. danáircechnatar som sacaird di triub leui.*

6 ./. iohannis

7 ./. ihesu christi

8 ./. *trede imbi nuall dorimisõ s̃t sís*

9 ./. *huambí nuall*

10 ./. *am̃ nathracha bodra ./. am̃ dungniat sidi*

11 uel a christo

12 *is airi dĩ robu ecen diucrae friusom* quia erant ./. *am̃ tegdais foratochar deglí. anechtair* ⁊ *is fás ainchrud ammedón.* (in margine) *is samsin. robatarsom ./. am̃ mbis tegdís fás inmedón* ⁊ *scópthe* ::: (lectio incerta et reliquæ litteræ evanidæ.)

13 *scópthe*

14 ./. *is in domunsan*

15 ./. *ani doruthethaig adam hĩ pardus. robu díthrub ho christ intan immerumedi ar adam..*

16 ./. *in díthrub pardais rocloisom adam. in díthrub indomuin racloisom críst. ./. in díthrub parduis dorochair adam in díthrub indomuin dã asreracht::*

PAG. I. COL. II.

angelum. meum. uox pneomatis [1] agii [2]
per malachiam profetam ad patrem
sonat deobio [3]. qui est facies patris
unde agnitus est.. [4] ANΓeΛOS. hautem nuntius
interpretatur qui prænuntiauit de christo [5] post me
uenit qui [6] ante me factus est qui prior me er
at qui [7] præparabit uiam tuam.. uia domini
qua ad homines ingreditur penitentia
est per quam dominus ad nos discendit et nos ad
illum adscendimus.. unde angeli discen(den)
tes ascendentesque [8] memorantur ad filium
.., hominis.. Parate uiam domini. hoc est peni
tentiam prædicate.. unde [9] parascuen [10] ante sa
patum id est penetentiam ante requiem futur
am.. Hinc namque initium prædicationis ioh
annis et christi oritur [11]. penitentiam agite. adpro
pincauit enim regnum cælorum quia in die sep
tima requieuit dominus ab omnibus operibus
suis.. uii. etenim nobis necesse est delere
uitia per penetentiam uelut [12] mala genera [13]
cannan.. ut requiescentes postea possedeamus
.., desiderabilem terram.. Rectas facite
semitas eius. quas semitas incuruauimus
declinantes in dexteram. atque sinistram nunc hautem
præcipitur nobis.. ut uia regia incedentes pro
ximos nostros [14] ut nós et nós ipsos ut
proximos deligamus nam qui delegit iniquita
tem odit animam suam.. qui enim sé ipsum di
legit et non dilegit proximum ad dexteram de
clinauit et qui semeptipsum odiens proxi

PAG. I. COL. II.

1 spiritus
2 sancti
3 ./. ÷ de filio. (in margine) *den macc*
4 ./. *dú diarbu etarcnad in macc hísin* ./. *do athir* (in margine) uel unde agnitus est ./. pater.
5 *issí indremaisndis inso*
6 ./. *hi remerchoiliud inna deachtae* ./. *adoasa*
7 ./. *ol iohain fridinathir*
8 ./. in herimo
9 (legendum παρασκευήν)
10 ./. *remfuar*
11 ./. *is ed inso tosach preceptae iohain* 7 *is ed tosach preceptae cr̃.*
12 ./. deleta sint
13 ./. *uii.*
14 ./. *serc foirbthe*

PAG. II. COL. I.

mum dilegit ad sinastram declina
uit. nam bene multi agunt sed non bene
corregunt. ut fuit heli [1].. et mul
ti bene corregunt sed non bene agunt ut
fuerunt scribæ et farissei qui sedeba
nt super cathedram moysi.. unde ós [2] tur
tores in lege ad ascellas [3] eius retor
queri iubetur ut non separetur [4] ós [5] ab oper
e et opus non dereuetur [6] ab ore.. semitae hautem
post uiam sequntur quia mandata moralia
post penitentiam secundum marcum explanantur pa
ratur uia per fidem et babtismum et pe
nitentiam.. rectæ semitæ faciuntur
per austera [7] indicia uestís cilicínæ et zo
næ pellicinæ et cibi lucustini et po
tus mellis siluistrici et humillimæ
.., uocis. unde sequitur.. Fuit [8] iohannis in di
serto et reliqua. iohannis gratia dei interpreta
tur [9].. a gratia narratio [10] eius [11] incipitur. unde
sequitur.. babtizans per babtismum enim
gratia datur quo [12] peccata gratis dimi
tuntur.. unde dicitur quod gratis accipistis. g
ratis date et apostolus ait. gratia sal
uati estis per fedem [13]. et hoc non ex uobis [14]. dei
enim donum est ne quis glorietur § i(n) re
.., Et prædicans babtismum penetentiæ
misionem peccatorum.. Quod consummatur [15] per
sponsum [16] initiatur [17] per paranimph
um [18].. unde catacomini [19] hoc est instructi in
cipiunt per sacerdotem et crismantur

PAG. II. COL. I.

1 ./. *robu foirbthe side fadesin.*
2 ./. *ingabsan*
3* *donaib oxalaib*
4 ./. prædicatio
5 ./. prædicatoris
6 7 *coni diruidigther* ./. *coni etarscarthar on*
7 ./. *múcni.* (in margine) quasi per p. austera
8 *is ed inso* tra *tosach indlibuir air intestimni donucsum riam is do imthrenugud ón as ind fetarlaici as ninunn tosach* preceptae *iohain* 7 *issu crist.*
9 *air is dí iohain intinscana side aisndis.* 7 *is* gratia dei *etercertar an* iohannis *hisin.*
10 ./. marci
11 ./. dei
12 uel qua
13 ./. *tris inniris fosissetar imbathis*
14 ./. nec meritis uestris
15 ./. *aní foirbthigther* ./. *aní forfenar* ./. *tabart innan doine dochum nirse* 7 *dilgud a pecthe ndoib tri baithis*
16 ./. per christum
17 ./. *intosgaigther* ./. *intinscantar*
18 ./. *tris in fuar inbudcaid* ./. *tri iohain. foruar inna inbotha* ./. *dorigni tochmarc inna ecailse do christ*
19 *Am̃ forcantar cathchomnidi ho sacardd hitosch* 7 *inbaithsetar* 7 *am̃ noingter iar̃ ho epscop.* sic *dã intindarscan iohain. forcital innan doine* 7 *ambaithsed hi tosuch.* 7 *rooingthea iarum ho christ* ./. *rofoirbthiged ho christ* 7 *forcuad ingním tindarscan. iohain..*

PAG. II. COL. II.

per episcopum.. nunc hautem per amicum [1] sponsi [2] in
ducitur sponsa [3] ac sí [4] per isác seruum rebi
ca pallio capite [5] uelata albo [6] cum dicitur § gio
.., Et egridiebatur ad illum [7] omnis [8] iudeæ re
.., et hierusolimitæ uniuersi et babtizaba
.., ntur ab illo in iordane flumine confitentes
.., peccata sua [9] § sponsi unde desilit [11] spon
Confesio [10] et pulcritudo in conspectu eius id est
sa de camello [12] cum humiliat se [13].. nunc iudea
id est æclesia uiso uero isac ihesu christo in
cujus natiuitate risum fecit [14] deus sar
ræ [15] sicut ad mariam dicitur quæ est princeps cum deo [16] bene
dicta tú inter mulieris et reliqua.. Iordanes
hautem discensio aliena interpretatur ubi pecca
ta abluuntur.. arca etenim iordanæ trans
uadato perigrina per marmora [17] in terram
transiit alienam [18].. et de media parte in ma
re defluente : altera pars turgeda
montis eregitur forma [19].. síc nos alie
nati. ollim a deo per superbiam per babtismi sim
bulum [20] humiliati eregimur in alta.. quia
qui sé· humileat exaltabitur.. pars hautem quæ
fluit in mare amaricatur [21].. cui arca dei
hoc est corpus christi cum mandatis non profuit sed in
deterius illam [22] motauit. sequitur § melli
.., Et erat iohannis uestitus pilís ca
et reliqua uestis profetæ [23] et cibus et potus totam
indicat [24] austeram uitam prædicantium. et fu
turas gentes ad gratiam dei quæ est iohannis in
tus et foris [25] esse coniungendas.. pilís [26]

PAG. II. COL. II.

1 ./. iohannem
2 christi
3 ./. eclesia
4 ./. inducebatur
5 *cinn*
6 *is hé candadas innan degnimae són. gnite in chadchoimnidi retecht fobathis. dofoirndither tris in mbrat find*
7 ./. iohannem
8 hæc est sponsa ./. eclesia
9 ./. *an dumbertis acoibsena*
10 *biid dĩ aconfessio· hisin dofóisitin pecthae biid dã domolad biid dã do atlugud buide dofoisitin dĩ ata som s̃t.*..
11 ./. *disin doeirbling*
12 *air intan ad cita acæ rebeca. inní isác. doarblaing den chamull forambói. ar omalldoit spõ.* sic *dã doarblaing ind eclais din chamull in diumsa* 7 *innan drochgní forsa robae intan adcondairc* sponsum ./. christum...
13 ./. desilit:
14 ./. *am̃ foraitbi int sarra thall intan asrobrad frie comberad macc*
15 ./. mariæ
16 ./. *issi etercert indí as·* maria princeps cum deo.
17 ./. *tris na foirthiu ailitherdi* ./. *ni conimruldatar cosa doine riam lár srotha.* iordánem.
18 ./. *hitír cannán*
19 *delb*
20 ./. *tris in credo son gaibther oc in bathis*
21 *serbaigthir*
22 partem
23 ./. iohannis
24 ./. *airndib múcnae* 7 *airndib ecmailt anétach* 7 *ambiad* 7 *andeug innaní prithchite hiris* 7 *condib tri anuile m̃bethaid ón dã* 7 *nib cuit ree.*
25 ./. *ammedón indomuin.* ut iudei. 7 *assa immechtraib* ut gentes...
26 ./. adit significantur

PAG. III. COL. I.

Sic et ioseph relicto pallio nudus de ma
nibus inpudicæ dominæ [1] effugit.. qui uult
efugere manus iniquorum relinquens
mente quæ mundi sunt fugiat post ihesum [2].. et conuenerunt
sacerdotes et scribæ.. Tunc fit congregatio
taurorum [3] in uaccis [4] populorum.. petrus
a longe sequebatur. uir duplex animo incon
stans est in omnibus uiís timor retrachit [5]
caritas. trachit [6].. in atrio cum ministerís
calefecit sé ad ignem. atrium sacerdotis
sæcularis circuitus est.. ministri demonia
sunt.. ignis carnale dessiderium.. cum quibus qui
manet flere peccata non potest.. summi sacer
dotes querebant. falsum testimonium ad
uersus ihesum. mentita est [7] iniquitas sibi ut
regina aduersus ioseph et sacerdotes
aduersus sussannam.. sed ignis sine materia
defecit.. et conuenientia testimonia non erant
quod uariatur incertum habetur.. quidam dice
bant audiuimus hunc dicentem. ego desolu
am templum hoc.. moris est hereticorum um
bram de ueritate trachere.. non id [8] ille dixit
quod illi dicunt sed simile uerbum de templo cor
poris sui quod post triduum resuscitauit.. ex
surgens summus sacerdos interrogat
ihesum.. tacebat hautem ille.. hic ut ouis ad occis
ionem ducitur.. sine uoce obmotuit et siluit
a bonís [9].. taciturnitas christi opologiam [10] adæ
absoluit.. et dixit ei tu es christus filius dei bene
dicti. quem [11] exspectabant de longe. in prope non
uident.. sicut isác caligenantibus [12] oculis ia
cob sub manibus non agnoscit [13] sed longe de eo fu
tura [14] canit. ihesus hautem dixit illi ego sum ut non excussa
biles sint.. et uidebitis filium hominis. sacerdos
interrogat filium dei. ihesus hautem respondit filium
hominis.. ut hiíc intellegamus filium dei idem esse
et filium hominis.. ut ne quaternitatem [15] faci
amus in trenitate sed homo in deo et deus in
homine sit necesse... A dexteris sedentem
uirtutis id est in uita regnantem sempiterna
uirtute diuina.. et uenientem in nubibus cæli

PAG. III. COL. I.

1 ./. riginæ faronis
2 ./. *indegaid nisu*
3 ./. principum
4 ./. *hi comtherchomruc na tuade.*
5 ./. a deo
6 ./. ad deum
7 ./. *is forrae fadisin doroacht*
8 ./. *ni duchoscrad intempuil storidi ralasom* 7 *dia adchumtuch aithirriuch.*
9 ./. *ciabatar degtacrae les*
10 ./. *innerchoimded*
11 ./. christum
12 ./. *sulib noteimligtis*
13 ./. *oc tabairt bendachtae foir hirriucht essu.*
14 ./. *gein crist huad iartain.* quando dixit in semine tuo reliqua.
15 ./. *in cethardataid ./. arnap samlid beith ar creitemni.* cond*ib sain* pers*an maic de* 7 *maic duini linn ./.* cond*ib cretem ceteora* pers*ann lín ./.* pers*an athar* 7 maic *de* 7 maic *duini.* 7 *spiurto noib..*

PAG. III. COL. II.

id est in nube ascendit cum nube ue
niet id est in corpore suo solo quod sum
psit a uirgine ascendit. et cum multi
formi eclesia quæ est corpus ipsius et ple
nitudo eius ad iudicium uenturus est sicut
dixit secundum matheum. cum hautem uenerit filius
hominis et omnes angeli cum eo et
reliqua.. summus sacerdos scidit uesti
menta sua. hoc est ephoth [1] in quo habe
bant honorem iudei amisserunt.. hiíc
adest samual [2] sciso pallio de manibus sa
úl. et regno.. milites gentiles non scindunt
tonicam christi. sacerdos uero scindit dig
nitatem [3] sacerdotii sui.. et contempnauit
eum reum esse mortis.. quo [4] reatu suo
reatum nostrum solueret.. et sputa
minibus susceptis [5] faciam animæ nos
træ labaret.. et uelamine faciei su
ae. uelamen cordium nostrorum
auferret.. et colophis [6] quibus in capite
percussus est caput humani generis quod est a
dam sanaret.. et alaphis [7] quibus christus
est expalmatus [8] maxima laus eius á nos
stris labiis manibusque pluderet ut dicitur
omnes gentes pludite manibus.. et cruce
sua cruciatum nostrum solueret. et
morte sua mortem nostram necaret..
quia de serpente de u(i)rga facto alii obso
rbeuntur serpentes.. unde per profetam ipse
dixit ero mors tua ó mors [9] et mursus
tuus ó inferne.. opropria eius nostrum
obsoluere oproprium.. uincula eius nos liber
os ficerunt.. corona spinia capitis
eius deadema [10] regni adepti sumus [11].. uulne
ribus eius sumus sanati.. sepulture eius res
urgimus.. discensione ad inferos nos
ascendimus ad cælos.. hæc omnia præuidens
profeta ait. quid retribuam domino pro omni
bus quæ retribuit mihi.. et cum esset petrus in a

PAG. III. COL. II.

1 ./. *a fethol ./. an étach sacaird*
2 ./. christus
3 ./. ephoth
4 ./. ut
5 ./. *honaib selib eritib l. honai sleidmenaib*
6 ./. *honaib buillib*
7 ./. *honaib buillib*
8 ./. *is hosuidib ropu esartae*
9 ./. *a bas pene*
10 ./. *a mind*
11 ./. *adcotadsamni*

PAG. IV. COL I.

(t)rio et reliqua.. petrus sine spiritu [1] uoci an
cellæ cessit [2].. cum spiritu [3] uero nec principi
bus nec regibus cedit.. prima a(n)cella ti
tulatio [4] est secunda consensio [5] tertius uir [6] est ac
tus [7].. haec est trina negatio quam abluit. per f
letús uerbi christi recordatio [8].. Tunc nobís
gallus cantat. quando prædicator quis
que ad penetentiam corda nostra
ad conpunctionem excitat.. Tunc inci
pimus flere quando ignimur [9] intus per
scintillam scientiae [10] et foris eximus
extra quod fuimus [11].. Uinctum ihesum trad
unt pilato [12].. Hiíc adest samson uinc
tus a dalila [13]. samson sol eorum qui
bus [14] occubüit. sol [15] in meridie.. dalila si
tula [16] interpretatur quæ est sinagoga quæ situlæ
more limpidum liquorem [17] non tenet
et quiscilia [18] inmunda collegit.. samson
noster. maxilla [19] uerbi sui innume
ras cateruas iudeorum et demonum
hiíc sternit. et fontem perennis uitae
sitientibus nobis id est corpori suo [20] aperit..
pontifices concitauerunt turbam ut dimit
terent baraban et crucifigerent ihesum..
hiíc. ii. hirci [21] adsunt unus [22] id est emisar
ius [23] apopompeius [24] cuṁ peccato populi
in disertum absolutus inferni di
mittitur. alter [25] pro peccatis absolutorum
ut agnus occiditur.. pars domini semper mac
tatur., pars diabuli qui est magister eorum [26] in
effrenata [27] in tartarum præcipitatur..
Milites induunt christum porpora
et reliqua. uestimentís suis nudatur
id est iudeis. porpora induitur id est genti
li ecclesia quæ de scopolís [28] collecta est maris.. item
ea [29] exutus in fine [30] scandalizante [31] iu
daica rursum intuetur plebe.. cum enim
intrauerit plenitudo gentium tunc et
omnis israhel saluus erit.. et ėducunt illum

PAG. IV. COL. I.

1 ./. *air ni rabae inspiurt nóib les intansin.*
2 ./. *doforlaic don.*
3 ./. *dég robói inspiurt noib less*
4 ./. *infogitled* ./. peccati.
5 ./. *comchétbaid són oc denum inpectho*
6 ./. *is trifer robói in tris diltud dosõ* ./. *is hé ingnim maddu rúin.*
7 ./. *is hé ingnímson.*
8 ./. *dorigni petur*
9 ./. *intan nonguirtherni*
10 ./. diuinitatis
11 ./. *echtar comairbirt m̃biuth pecthae :irobammar*
12 (Reliquæ litteræ in hac et in sequentibus lineis sunt maximâ ex parte erasæ)
13 ./. *is ed setche? samsóin*
14 ./. iud::::
15 ./. cr.
16 ./. *síthal*
17 (glossa erasa) *(in)linn l::daigthe*
18 (glossa erasa) ./. *inna brodscoad anglana* ./. *doninola as cos na ::ail frie*
19 ./. *honglaini inchamul :::: (som?):: inna ilslogu.* ./. *na ilflĩs. hoglaini inchamul ::::...*
20 ./. eclesiæ
21 ./. *babés leusom dobertis daboc leu dochum tempuil 7 noleicthe indalanái fon díthrub co pecad inpopuil 7 dobertis maldachta foir 7 noircthe dĩ (an)d op(opul) tarcenn ap(ectha) indaile*
22 ./. barabas
23 ./. *(as)fóite.* (in margine) ./. *is airi asberthe* emisarius *don buc stóridiu* ./. *airindí asfóite fon díthrub*
24 ./. *adchos(aire)* ./. *adchios maldacht inpopoil foir*
25 ./. christus
26 ./. *is hé tíntud indí as* barabas magister eorum...
27 *nephfrithgabthe*
28 ./. *donaib caircib* ./. *ar is di lus bis forsnaib caircib dognither inchorcur buicle..*
29 ./. sinagoga
30 ./. seculi
31 ./. *dodrolluind* :: *hitosuch*

PAG. IV. COL. II.

ut crucifigerent eum... Híc educitur abel [1] in ag
rum a fratre [2] ut perimatur [3].. híc adest [4] isác cum
lignis [5] et abracham [6] cum ariete [7] in sa
bieth [8] herente [9].. híc adest [10] ioseph cum gremio
somniato [11] et tonica talari [12]. sanguine
lita [13].. híc adest moyses cum uirga et serpen
te [14] suspenso in ligno.. Híc adest butrus in
ligno portata [15].. híc adest eleseus cum ligno
ad querendam securem [16] quae in ima dimersa
est et natauit ad lignum id est genus huma
num quod a ligno uetito in infernum cicidit
per lignum crucis christi et per babtismum
aquæ ad paradissum natauit.. Híc adest
ionas de ligno sortis [17] in mare et in uen
trem cæti triduo missus.. et angariza
uerunt [18] prætereuntem quendam de uilla pat
rem alaxandri et ruphi et reliqua [19]. alii per
merita filiorum suorum.. hínc simón qui
crucem in angaria portabat [20] meritis
filiorum suorum qui erant discipuli [21]
commemoratur.. de hoc nos ammonemur
in praesenti uita parentes adiuuari per na
torum suorum. sapientiam. ut popu
lus iudaicus propter patriarcharum et
profetarum et apostolorum merita se
pe commemoratur.. de amaritudine ra
dicis surgit dulcido oliuae.. unde per heremi
am ad iudeam dicitur. oliuam pulchram fruc
tiferam speciosam uocauit dominus nomen
tuum.. et angarizauerunt prætereuntem quen
dam simonem cirineum ut tolleret cr
ucem eius. uenientem de uilla patrem alax
andri et ruphi et reliqua. dum legerent ma
ledictus omnis qui pendit in ligno fac
tus est [22] maledictus [23] ut tolleret maledictio
nem.. [24] simón qui portat crucem in an
garia [25] ipse est qui laborat pro laude hu
mana. cogunt eum homines huic la
bori quem non cogit timor et dilectio dei.. ipsa
species crucis quid est nisi forma quadrati [26]
mondi.. oriens [27] di uertice [28] fulget.. arcton [29]

PAG. IV. COL. II.

1 ./. christus

2 ./. *a cáin*

3 ./. *co itirdibither*

4 ./. *tanic*

5 ./. *in bronasnae dombert side dia ebairt fesin is hé crist cocrunn achruche foir fesin*

6 ./. ds̃ pat. u̇el *deacht maicc*

7 ./. *colinn crist madu ruin*

8 ./. *is indlosin*

9 ./. *giulae*

10 ./. *tanic*

11 ./. *cos in brosnu resaigthiu. imbed naislinge ón adchondairc som.*

12 ./. *tacmungad uadbran::*

13 ./. *fuillechti.* (in margine) ./. *foselgatar abrathir atunig som dofuil innaric doib ⁊ dosbertar dia athir iarum.*

14 ./. *indnaithr humaithe thal conocabsa(t) maic isrl.* in diserto

15 ./. *ṁbertatar intaisceltai tall atír tairngeri.*

16 ./. *donbial bed chuintechti.* (in margine) ./. *docer in biail dia samthig issammuir ⁊ focaird eleseus asamthig inna diad ⁊ doluid inbiail arithissi ar chenn in samthige com boi impe.*

17 ./. *di chorcruinn dacer dul issammuir*

18 ./. *conéicnisset*

19 (in margine, ut inseratur in textu) alii per merita patrum suorum commemorantur

20 ./. *hi cumcai no innecin* ./. *arecin nosbered*

21 ./. christi

22 ./. christus

23 ./. *maldachtae. air ba ainm leusom* maladictus *do (cac)h óin bíth hi croi(ch)*

24 ./. peccati adæ

25 ./. in angustia

26 ./. *cethaird*

27 ./. *intercbal*

28 ./. *din mulluch* ./. *roglan ade ho(n mulluch) so*

29 *(in tu)aiscerd ón* ./. *ro:::ad són tria dess::*

ADNOTATIONES IN GLOSSAS.

PAG. I. COL. I.

Gl. 2. ./. *cech da son dombersom beus* (utramque vocem affert ipse adhuc. Ad litt. quæque duarum vocum, est, quam affert ipse adhuc). — Siglum ./. significat id est. — *cech* (quivis, quisque) est adjectivum pronominale, Z. 366.—*da* (duorum), genitivus dualis secundi numeri cardinalis, Z. 308, 309; Stok. Ir. gl. p. 94. — *son* (vocum), genit. dualis substantivi masc. *son* (sonus, vox, vocabulum, dictio), gen. *suin*, dat. *sun*, pl. dat. *sonaib*, acc. *sunu*, dual. nom. *son*, Z. 969. Vox transumpta vel cognata cum lat. sonus (sanscr. svaná). — *domber* (quam affert), disjungendum est in *do-m-ber*. *m* est signum pronominis relativi *n* (*m* ante labiales) infixum inter præpositionem *do* et verbum, cujus radix *ber* respondet lat. fer-o, gr. φέρ-ω, sanscr. bhar. Porro *dober* est 3 pers. sing. præs. indic. verbi *dobiur* (affero) Z. 440. — *som* (ipse), pronomen 3 personæ masc. sæpe verbo postpositum vel alio pronomini adjunctum, Z. 334. — *beus* (adhuc, etiam, etiam nunc) scribitur *beos* in plerisque codicibus, Z. 569, sed *beus* in codicibus taurinensi et mediolanensi. Addo exempla quædam excerpta ex codice mediolanensi: *is ed indas indfirseo beus átrefea hitabernacoil dé* (gl. qui iurat proximo suo nec decipit eum. i. e. hic vir etiam habitabit in tabernaculo dei) 78; *intormachtid ./. doformaig cech peccad foralaile n̄do beus intan asmbeir* iniquitatem (gl. augenter. i. e. auget quodque peccatum super alterum ei etiam quum dicit iniquitatem) 117; *achomainsem beus* (gl. diuersis modis id ipsum dicit suo more) 154; *trop lesom beus anisiu* (gl. custodiuit adsumptam similitudinem. i. e. tropus apud eum etiam hic) 233.

3. *oingthe* (unctus), participium præt. pass. Hoc verbum, quod transumptum vel cognatum est cum lat. ungo (sanscr. anǵ), mox occurret sub formâ 3 pers. sing. præs. pass. *oingther* (ungitur).

4. *issí dias insin oingther leusom* (uterque ungitur apud eos; ad litt. est ista duitas hæc quæ ungitur apud eos ipsos). —

is (est), 3 pers. sing. ind. præs. verbi substantivi, cujus radix AS communis est pluribus linguis indo-europæis. Formæ antiquæ hibernicæ quæ supersunt hujus radicis exponuntur a Zeuss 476 et a W. Stokes, Ir. gl. p. 127. — *si* (ea), pronomen 3 pers. sing. fem. Z. 333. — *dias* (duitas i. e. duæ personæ), subst. numerale fem. in nom. sing. Z. 318. — *insin* (hæc) est pronomen demonstrativum *sin* quem præcedit articulus *in*, Z. 354. — *oingther* (ungitur) v. gl. I, I, 3. — *leusom* (apud eos) disjungendum est in *le-u-som*; *le* est præp. *la*, in compositis *le-*, *li-*, regens accusativum et significans apud, Z. 602; *u* est pronomen suffixum 3 pers. pl. accus.; *som* est item pronomen 3 pers. quod conjunctum cum præcedente pronomine characterem emphasis vel ampliationis perhibet; hæc autem pronominum geminatio late obtinet in omnibus celticis linguis.

5. *in sacardd ./. danáircechnatar som sacaird dí triub leui* (sacerdos [vel sacerdotum] i. e. eum prædixerunt sacerdotes de tribu Levi). — *in sacardd* fortasse legendum est *inna sacardd* genit. plur., quod magis concordat cum sensu textus quam *in sacardd* nom. sing. Quoad articulum *in*, vide ejus declinationem apud Z. 229 et Stokes, Ir. gl. p. 45. *sacardd* vel *sacart* vox est desumpta a lat. sacerdo(t)s. Duplex dentalis media *dd* vel simplex tenuis *t* hic repræsentat dentalem mediam et tenuem originarias, *d* + *t*. Hæc vox præbet exemplum assimilationis vocalium ob assonantiam. Obviæ in vetustis codicibus formæ : sing. nom. dat. acc. *sacardd*, *sacart*, gen. *sacaird*, pl. nom. *sacaird*, gen. *sacardd (sacart)*, acc. *sacartu*, Z. 80, 253, etc. Wr. 33 c. — *danáircechnatar* (eum prædixerunt) disjungendum est in *d-an-air-cechnatar*. *an* est pronomen infixum 3 pers. sing.; *d* (= *do*) et *air* sunt præpositiones quæ, junctæ radici verbali *can*, efficiunt verbum *doaurchanim* (sagio, prædīco). Hæc est igitur forma 3 pers. pl. præt. cum reduplicatione. Consona in sillabâ reduplicatâ hic infecta non est a præcedente prepositione *air* (= **ari*) ob actionem, ut puto, pronominis infixi, si tamen glossographi error non est. Duplex præpositio *do-air*, (sæpe contracta in *tair*) manet intacta in hoc verbo quum vocalis radicis vel reduplicationis deficit in *e* vel *i* : *doairchet*, *tairchet* (prædictum est), *tairchechuin* (prædixit), *tairchechnatar*

(vaticinati sunt), *tairchital* (prophetia), *táircetlid* (sagax); contra mutatur in *do-aur* per assonantiam, quum vocalis radicalis *a* manet intacta : *doaurchanim* (prædico), *donaurchain* (gl. portendere), Z. 767. 862; cf. tamen formas *doarchet doarrchet* (prædictum est) Z. 602. 852, *don terchantu* (gl. profetato) Ml. 53., *dinaurchein* (gl. portendere), cum signo relationis infixo sicut in *donaurchain)* Z. 8. — *dí* (de), apud Z. *di, de,* 595, præpositio regens dativum. — *triub leui* (tribu Levi). *triub* est hic dat. sing. Vox obvia in cod. Ml. 209, *triub effraim* rl. (tribus Ephraïm et reliqua); ibid. in dat. pl. *dunaib trebaib so* (tribubus his); cf. lat. tribus, cambr. *treb* (vicus), got. thaurp, Ebel, Zeits. VI. 422; Corsen, ib. XIII. 181; Stok. Ir. gl. p. 68. Defectus infectionis initialis in voce *triub* post præp. *di* et nota productionis in vocali hujus ipsius præpositionis *(dí)* fortasse articulum excussum indicant. Sed tamen articulus dativi inficit sequentem consonam. *leui*, cf. Z. *leuiti* (Levitæ) 484.

8. *trede imbí nuall dorímisom sunt sís* (tria in quibus est clamor enumerat ipse hoc loco) — *trede,* substantivum numerale quod ad litt. significat trias, sicut *déde* significat duitas. Hæ formæ adhibentur ad significandas res, dum formæ *diis, dias* et *triur* adhibentur ad significandas personas, Z. 318 et seq. — *imbí* (in quâ est, triade) solvendum est in *i-m-bí*. *i* est præpositio *in*. *m* est pronomen relativum infixum. *bí* est 3 pers. sing. ind. præs. verbi substantivi, cujus radix orig. BHU communis est cognatis linguis. Obviæ formæ in codicibus : *imbíi*, *himbí* (in quo, in quibus est), *imbiat* (in quo sunt), *imbítis* (in quo erant) etc. Z. 349. 480. 580. — *nuall* disjungendum est in *n-uall*. *n* signum hic esse videtur relationis emphaticum. *uall* (clamor, superbia) pro *ualb* cum assimilatione mediæ labialis ad præcedentem liquidam, substantivum femin. in nom. sing.; gen. *uáilbe* (arrogantiæ); adj. *huallaig* (elati), *hualcha* (superba), verb. *ualligim* (arrogans sum) Z. 75. 259; Ml. *indhuall rodngabsom* (gl. occasione langoris ejus i. e. clamor quem ipse extulit) 128; *no is innuall dongniat horumaith foranaimtea remib* (gl. clamor ille militum dicitur in prælium ante hostibus fugatis) 109. — *dorími som* (enumerat ipse). *dorími* est 3 pers. sing. ind. præs. verbi compositi

præp. *do* et radice quæ inest in formis obviis in codicibus *áram* (numerus), *áirmim* (numero), *áirmi, ármi* (numerat), *áramtar* (numerantur), *adrímed* (imputare), *adrími* (æstimat, comparat, meditatus est), *adrimiter* (computantur), *adrímfiter*, *adrímfetar* (reputabuntur), *rímire* (computator), *dorimther* (narratur), *dorimiub* (gl. sermone digessero), *áirmithi* (numerandum), etc. Z. 269. 473. 494. 578. 838. 842. 912. 1007; *coni airmed* (gl. ne reputaret) Ml. 98. Confert Zeuss voces cambricas *rhif (= rím)* (numerus), *cyfrif* (numeratio), *riuaw* (numerare), *riuedi* (numerus), 912.—*sunt sís* (hic, hoc loco). *sunt* scriptum est in codice taurinensi, ut sæpe in aliis, breviatum hoc modo *s̃t.* Occurrit interdum in aliis codicibus sub formâ *sund.* Est adverbium pronominale et significat hic, hoc loco, Z. 360. *sís* est pariter adverbium pronominale cum eâdem significatione. Post pronomina demonstrativa vel adverbia pronominalia auget eorum significationem, et præbet characterem emphasis vel ampliationis, celticorum idiomatum more. Z. 361.

9. *huambí nuall* (a quibus est clamor). *huambí* solvendum est in *hua-m-bí.* — *hua* est præpositio regens dativum, præbens etiam formas *ó, hó, ua.* Significat a, ab, ex.

10. *amal nathracha bodra ./. amal dungniat sidi* (sicut aspides surdæ i. e. sicut faciunt hæ). — *amal* (sicut), cunjunctio regens accusativum. Occurrit in codice taurinensi, ut fere semper in aliis codicibus, breviatâ scripturâ *am̃.* — *nathracha* (aspides), acc. plur. substantivi feminini (thema in *c* desinens), cujus nominativus sing. est *nathir,* gen. *nathrach,* Z. 275. — *bodra* (surdas), acc. plur. adject. In linguâ hib. mediâ *bodhar* (surdus), Stok. Ir. gl. p. 82; cambr. *byddar,* corn. *bothar,* aremor. *bouzar.* Vox connexa cum sanscr. badhirá (surdus) a rad. bandh (ligare), Bopp, gloss. sc. ad voc. — *dungniat* (faciunt) disjungendum est in *du-n-gniat. n* est relatio infixa inter præpositionem *du (do)* et verbum; conjunctio enim *amal* postulat sequentem relationem, Z. 349. *dugniat* autem est 3 pers. pl. præs. indic. verbi *gniu* (facio) cum præp. *do* præfixa. Radix originaria est GAN. Frequentissimæ occurrunt in codicibus hujus verbi formæ, Z. 437 et seq. — *sidi* pron. demonstrativum in nom. pl. Z. 355; Ebel, Beitr. V. 458.

12. ***is airi din robu ecen diucrae friusom*** quia erant ./. ***amal tegdais foratochar deglí. anechtair acus is fás ainchrud ammedón.*** [in margine] ***is samsin robatarsom ./. amal mbís tegdís fás inmedón acus scópthe*** ::: (ideo fuit igitur necessaria exclamatio adversus eos quia erant i. e. sicut domus super quam ponitur bonus color externe et est vacua ejus forma interne ..... i. e. sicut est domus vacua in medio et scopata .....) — ***is airi din robu*** ad litt. est propterea igitur quod fuit. ***airi*** (propter id) est præp. ***air*** cum pron. demonst. suffixo, Z. 578. ***din*** (igitur, ergo), conjunctio quæ scribitur in codicibus breviata ***dī***, et transcribitur ***dim*** a Zeuss 664. ***robu*** (fuit), 3 pers. sing. præt. verbi substantivi ***buith*** (esse), præfixa particula præt. ***ro***.—***ecen*** (leg. ***écen***, necesse). cf. infra ***arecin*** (per necessitatem), IV. II. 20, et form. verb. ***conéicnisset*** (gl. angarizaverunt), IV. II. 18; Z. 565. 671. — ***diucræ*** (exclamatio) nom. sing. thematis compositi duplici præp. ***do-od*** et ***gaire***, a rad. orig. GAR, sansc. gṝ (canere, sonare mussare); cf. ***gair*** vox, Z. 234. ***do-od-gaire*** coalescit in ***diucre*** sicut ***do-od-bart*** coalescit in ***diupart***, Z. 856. Forma plenior ***diucaire*** invenitur in Corm. gloss. cit. a W. Stokes, Goid. 15. — ***friusom***, decomponendum ***fri-u-som***, (adversus eos ipsos); est præp. ***fri (frith)*** cum duplici pronomine suffixo. — ***tegdais*** (domum), acc. sing. rectus a præcedenti conjunctione ***amal*** (sicut). Vox derivata a ***tech***, ***teg*** (domus), Z. 73; Stok. Ir. gl. p. 80. Occurrit in poëmate codicis mediolanensis, Z. 932; Stok. Goid. 19. 20; in eodem cod. ***sechtar indegdais imbíth ezechias*** (gl. cum conuenissent i. e. extra domum in quâ erat Ezechias) 118; Reeves, Adam. ***tegdais anechtair*** (house externally) 358; Corm. gloss. ed. a Stok. p. 2, ***aurtegdais*** ad voc. ***aurdam***; Wr. ***induile tegdais*** (gl. omnis domus) 33ª. — ***foratochar*** (super quam ponitur) disjungendum est in ***for-a-tochar***. ***for*** est præp. significans super. ***a (an)***, pron. relativum. ***tochar (togar)*** videtur esse 3 pers. sing. ind. præs. pass. verbi ***togu (tuccu*** comp. ***do-ucu***, ***do-icu*** rad. ***ic***, ***ig)*** quod plures habet significationes, nempe venio invenio eligo sumo fero accipio attingo intelligo, Z. 993; hic vero significat pono, sicut in gl. Ml. ***is*** ornatus ***tuicside*** 7 uirtus (gl. nam et Simmachus ita possuit

omnis ornatus eorum. i. e. ornatus posuit iste et virtus) 109; et paulo post : *nítuic som dobre(thir) is indí siu* (gl. quasi ebreorum ussu qui comparationibus copolationibusque non præponunt aduerbia. i. e. non posuit ipse adv. híc). Idem verbum cum pron. relativo infixo obvium est infra, gl. II. I. 8: *intestimni donucsum* (testimonia quæ posuit, protulit ipse). — *deglí* (bonus color), nom. sing. nominis compositi adjectivo *deg* (bonus) et subst. *lí* (color). Vide hujusmodi composita apud Z. 826. *lí* est pro **liv,* quæ postrema forma jam perhibetur a vetustis nominibus gallicis *Livius Livo,* Z. 24. 67, et fortasse a voc. lat. līvor līveo. — *anechtair* (extra, externe), forma adverbialis ab *echtar* (extra), præpositione, Z. 616. 740. — *acus* vel *ocus* (et), conjunctio quæ in vetustis codicibus scripta est siglo 7. — *fás* (vacua), adj. Z. 20. — *ainchrud* (ejus forma) disjungendum est in *a-in-chrud. a* est pron. possessivum quod sæpius notatur signo productionis *á,* Z. 344. *in* est articulus in nom. sing. masc. *crud (cruth* forma, modus), thema in *u,* Stok. Ir. gl. 380. cf. Z. *inchruth noe* (gl. aplustre i. e. apparatus navis) 67; *inchrudsin, inchruthsin, inchruth hí thall* (hoc, illo modo); *michruthaigthe* (gl. informis) 1013; *indochrud* (gl. deformiter) Ml. 251. — *ammedón* (intra, interne, e medio), forma adverbialis ex *medón* subst. et adj. (medium, medius), Z. 562 740. cf. *amedonlathe* (mediâ die) Z. 888. — *is samsin robatarsom.* Forma *is samsin* mihi est obscura. *robatar* (fuerunt). Fortasse hæc pars glossæ legenda est post verba quia erant. — *amal mbís* (sicut est). *mbís* est 3 pers. præs. in forma relativa *bís, bíis, bes,* verbi substantivi, quam præcedit signum relationis *n (m* ante labiales), Z. 55. 349. 486. 487. 677. 1015-6. — *tegdís* pro *tegdais,* cum *í* pro *ai,* ut sæpe. — *scópthe* (scopata) participium præt. pass. v. Stok. Goid. 15.

14. *is in domunsan* (in hoc mundo). — *is in* legendum est *i s-in. i* est præp. *in* regens hic dativum. *s-in* est articulus dat. sing. masc. *domun* est dat. sing. substantivi masc. *domun,* gen. *domuin* (mundus); cf. Z. *indomunso* (mundus hic) 353. *san* est pronomen demonstrativum quod sæpius scribitur *sin* et *son.* Mutatio vocalis orta est ex assonantia. Hæc forma *san,* quæ apud

Zeuss non invenitur, bis occurrit in codice taurinensi; v. infra gl. II. I. 2.

15. *aní doruthethaig adam hi pardus. robu díthrub ho chríst intan immerumedi ar adam* (id quod amisit Adamus in paradiso qui fuit desertus a Christo quum interdixit illo propter Adamum). — *aní* (id et cum relatione id quod), pronomen demonstr. *í* quod præcedit art. neut. Z. 351. 352. — *doruthethaig* (amisit) est 3 pers. sing. præt. verbi cujus 1 pers. sing. præs. ind. supponi potest **do-dethaigim*. Videtur esse denominativum a *díth* (detrimentum Z. 26) præf. *do* v. O' R. *díth* (loss), Gaël. *díth* (defectus), *díthich* (disperdere), et cf. gl. Ml. *am̄ bith espach no deid* (gl. uelut otiosus) 77; Z. *horudeda, ho rudedsat* 1002. Fortasse huc pertinet glossa cornica obscura *diothenes* (gl. dispendium, damnum) Z. 1109. — *hi pardus* (in paradiso). *pardus* dat. sing. Obvius est in seq. gl. genitivus sing. in duplici forma *pardais* et *parduis*.— *díthrub* (desertum) videtur hic præbere sensum adjectivi. Vox composita præp. *dí* et rad. *trab* quæ significat habitare, possidere. Stok. Ir. gl. p. 68. — *intan* (quum, quando) conj. nominalis, Z. 677. — *immerumedi* (interdixit, prohibuit). Forma aliunde mihi incognita. Suppono *imm-er-ru-methi,* 3 pers. sing. præt. et confero cum vocibus quæ occurrunt apud O' R. *airmhidh* (an interdict), *airmitniug* (prohibition).

16. *in dithrub pardais rocloisom adam. in dithrub indomuin racloisom crist ./. in dithrub parduis dorochair adam in dithrub indomuin dan asreracht*:: (in deserto paradisi vicit ipse Adamum; in deserto mundi eum vicit Christus; id est, in deserto paradisi cecidit Adamus, in deserto mundi autem resurrexit, Christus). — *rocloi* (vicit). Cf. O' R. *clodhaim* (I conquer); Ml. *rochlói* (gl. uincente) 80; *donaib cloithib* (gl. uictis) 276. — *racloisom* (eum vicit) est eadem forma cum pron. infixo pro *ro-an-clói(d)*; Stok. Goid. 15; Am. Col. *cluidsius borb beolu ./. ro chlói beolu inna mborb.*—*dorochair* (cecidit), 3 pers. sing. præt. verbi quod invenitur simplex apud O' R. *cearaim* (I fall). Cum præp. *do* occurrit in gl. IV. II. 15. 16, *docer*, *dacer* (cecidit, accidit). Cum particula præt. *ro,* O' R. *rochair* (fell); Stok. Th. Ir. Gl.

dorochair IX. — *dan* (autem, etiam, igitur) conjunctio scripta in codicibus breviata *dã* et transcripta *dam* a Zeuss, *dana* a W. Stokes. — *asreracht* (*as-ro-eracht* resurrexit), 3 pers. sing. præt. verbi *eseirgim* Z. 942. compositi præp. *as* et *eirigim* (gaël. *éirich* surgo). Obviæ apud Z. voces *doreracht* (surrexit) 942; *esseirset* (surgent), *esseirge* (resurrectio) 841; Ml. *andureracht* (cum surrexit) 154.

Pag. I. col. II.

Gl. 3. *den macc* (de filio). — *den* est præp. *de* cum articulo dativi suffixo. *macc* (filio) dat. sing. masc.; in sing. nom. *macc*, gen. *maicc*, pl. nom. *maic*, *maicc*, gen. *macc*, dat. *maccaib*, acc. *maccu*, Z. 271. 235. Ml. 80. 98. 109. 264; *ainm maicc asbered saul dú dauid* (gl. cum filium uocaret. i. e. nomen filii dabat Saul Davidi) 117; *innam macc ṁbecc* (gl. paruulorum) 252; *am̃ forcongair athir diamaccaib* (sicut praecipit pater filiis suis) 264.

4. *dú diarbu etarcnad in macc hisin ./. do athir* (locus de quo agnitus est filius ipse i. e. patri ad. litt. locus de quo fuit quod agnitus est filius ipse). — *dú* (locus); Ml. *hi cach du* (gl. ubique) 53. — *diarbu* (de quo fuit) disjungendum est in *di-a-robu*. *dia* est præp. *di* cum pron. relativo. Occurrit hæc constructio in Amra Col. *in naingel diar bo ainm axal*. Exempla contractionis formæ *robu* in *-rbu-rbo* vide apud Z. 481. — *etarcnad* (agnitus est), 3 pers. sing. præt. pass. verbi compositi præp. *etar* et rad. hib. *gen*, orig. GAN, quæ communis est classicis linguis. Hoc verbum hibernicum in quibusdam formis producit et auget vocalem radicalem, quod quidem ex amissâ originariâ reduplicatione ortum esse videtur. Sic *etargeiuin* (novit Z. 990) est pro **etar-geguni*; *adgénsa* (cognosco Z. 990) est pro **ad-geun-sa* = **ad-gegnu-sa* = gr. γιγνώ-σκω. Cf. Z. *itargninim* (gl. sapio prudentia) 431; *etirgein* (distinguit, novit) 1003; *etargne*, *etarcne* (cognitio) 844. 989; *nometargnigedar* (me significat) 445. — *do athir* (patri), dat. sing. masc. Hujus nominis (cujus

thema desinit in r) declinationem exponunt Z. 265 et Stok. Ir. gl. p. 39. Præbet exemplum excussæ labialis tenuis initialis originariæ.

5. *issí indremaisndis inso* (est ista prænuntiatio hæc). *ind remaisndis* (lege *remaisndís*). — *ind* est articulus fem. in nom. sing. — *remaisndís* est subst. compositum præp. *ren* (in compositione *rem, remi,* ante, præ) et *aisndís* (comp. *as-in-dids*). Porro *aisndís*, quod scribitur etiam *aisńdís,* significat elocutio, sermo, pronuntiatio, narratio, assertio Z. 26. 268. 605. 672. 825. 966. 998. Cum præp. *ren* occurrit apud Z. in dat. sing. *isindremaisndís* (in præfatione) 1067, et in Dict. Scoto-celt. *roimh-aisneis* (prædictio). Cf. apud Z. formas verbales *aisndedat* (gl. conserunt verba), *asindedar* (gl. inseritur), *am̄ asńindedar issoscélu* (gl. secundum scripturas), *sechisȧsnindised ón* (gl. argumenta curavit exprimere) 998, *asindisset*, 1057 et Stok. Ir. Gl. p. 100. — *inso* est pron. demonst. *so* cum præcedente articulo Z. 353.

6. *hi remerchoiliud inna deachtae ./. adoasa* (in prædestinatione deitatis i. e. sum minor). — *erchoiliud* (decretum, definitio), diverse scriptum apud Z. *ærchoiliud, herchóiliuth, érchoiliud,* gen. sing. *ærchoiltea*, 10. 839. 841. Cum præp. *ren* significat prædestinatio juxta formas verbales *remiriérchóil* (gl. prædestinavit), *érchoilti* (gl. destinati), *asrochoili, asrochoilsem* (destinavit, decrevit), etc. Z. 841. — *inna deachtae* (deitatis). *inna* gen. sing. articuli fem. *deachtae* gen. sing. nominis fem. *deacht* (deitas, divinitas). Occurrit gen. sing. diverse scrriptus apud Z. *deacte, deachte,* 233. 260. Frequentia hujus vocis exempla in cod. Ml. *is de rogabad in salmso do dechur etir deacht* 7 *doinach[t] maicc* (gl. defferentiam inter deum uerbum et susceptum hominem i. e. compositus fuit psalmus hic ad differentiam inter deitatem et humanitatem filii); *in deacht són araroica indoinacht* (gl. inter susceptum et suscipientem); *ised asberat as ndu deacht* 7 *doinacht maic rogabad insalmso* (est hoc quod dicunt in deitatem et humanitatem filii psalmum hunc decantatum esse); *air doratad ermitiu feid deachtae do*

doinacht maicc (gl. non ad honoris diuersitatem i. e. quoniam honor deitatis datus est humanitati filii), etc. 53. — *adoasa* (gl. qui ante me factus est qui prior me erat) ingeniose disjungit W. M. Hennessy in *at-oa-sa* (sum minor), ita ut *at* (*ad*), cum nota pronominali *sa*, sit forma contracta (ante seq. vocalem) primæ personæ sing. ind. præs. verbi substantivi et respondeat formis quæ inveniuntur apud Z. 476. 477 *attósa* (sum), *oldausa* (quam ego sum), *oa* vero sit comparativus irregularis satis frequens in codicibus cum significatione minor, minores, minus · cf. Z. *ata óa* (gl. minores); *indoa* (gl. minus) 286.

7. *ol iohain fridinathir* (dicit Johannes patri). — *ol* (dicit, inquit) verbum defect. in hac unâ formâ obvium, Z. 495. — *fridinathir* (patri, adversus patrem) putat W. Stokes scriptum esse pro *fri-di*[*a*]-*n-athir* (ad deum patrem), Goid. 5. Fortasse est pro *frisinnathir;* præp. enim *frith* ante articulum fit *fris, friss,* Z. 606. Sane *fridinathir,* ut clare scriptum est in codice, si significat patri, ad patrem, forma est omnino abnormis.

10. *remfuar* (præparatio vel præparationem). Cf. infra *tris in fuar* (per parationem); *foruar* (qui paravit) gl. II. I. 18; *fodrúar* (effecit, paravit id) Z. 27; *a fuar innam biad* (gl. parasti cibum illorum) Ml. 168. Subest radix *úar*, ut censet Zeuss, 27, vel *ar,* præf. *fo,* et *ren.*

11. *is ed inso tosach preceptae iohain 7 is ed tosach preceptae cr.* (est hoc initium doctrinæ Johannis et est hoc initium doctrinæ Christi). — *tosach* (initium, principium) est subst. derivatum a *tús* (principium). Subest. rad. orig. TAV, sanscr. tu (crescere); cf. *toisech* (princeps), cambr. *touyssogion* (principes) Z. 68, Stok. Ir. gl. p. 40, et verbum denominat. *intosgaigther* (gl. initiatur) quod occurrit infra, gl. II. I. 17. — *preceptae* gen. sing. nominis a lat. desumpti.

14. *serc foirbthe* (amor perfectus, caritas perfecta). — *serc* (amor, caritas, affectio) nom. sing. substantivi fem. quod scribitur etiam *sercc* in codicibus; gen. s. *serce,* dat. acc. s. *seircc, seirc* Z. 259; *ascnam no serc* (gl. afectio) Ml. 118; *intserc* (gl.

affectus) Ml. 278. — *foirbthe* (perfectus), particip. præt. pass. Subest. radix *be, ben* præf. *for.* Radix autem hibernica *be*, *ben* duplicem habet significationem, nempe facere et cædere, eodem modo quo verbum lat. facio significat etiam cædere in quibusdam formis ut interficio, carnifex. Porro *foirbthe* est pro *for-bi-the,* regressâ ad præfixum vocali radicali ob ponderationem accentus, ut voces quæ occurrent infra *foirthiu, foraitbi* quæ sunt pro *fo-rith-iu*, *fo-r-a-tibi (fo-ro-an-tibi,* rad. *tib,* sanscr. tēv, div) gl. II. II. 14. 17. Cf. *forbe* (patratio, commissio, perfectio, complementum, executio, firmatio, firmitas) Z. 15. 1068 et pass.; Stok. Ir. gl. p. 156. et verbum denomin. quod videbis infra *foirbthigther* (gl. consummatur) gl. II. I. 15; *nofoirbthichthe* (ut consummaretur) Z. 470.

Pag. II. col. I.

Gl. 1. *robu foirbthe side fadesin* (fuit perfectus hic ipse). — *fadesin* est formula pronominalis 3 pers. sing. Z. 373.

2. *ingabsan* (os hoc) disjungendum *in gab san.* — *in,* art. in nom. sing. — *gab* (os), O' R. ad. voc. Fortasse hæc vox conferenda est cum gr. γαμφηλαί (maxillæ, rostrum), γαμψός (curvus) et cum rad. sanscr. ǵabh (oscitare). — *san* pron. dem., alias *sin,* mutatâ ob assonantiam vocali. Cf. gl. I. I. 14.

3. *donaib oxalaib* (ad axillas).— *do-naib* est articulus dat. pl. *naib* præf. *do.*— *oxalaib* dat. pl. substantivi *oxal* (axilla), quod occurrit in glossis ad Gildæ Loricam, Stok. Ir. gl. p. 141, 150, sub forma *ochsal* (gl. reniculos). Sine dubio comparanda est hæc vox cum lat. axilla, âla pro *axla et ant. germ. ahsala. In linguâ hib. recentiori, nec non in linguis britannicis obtinuit transpositio consonarum : hib. rec. *ascal, asgall*, corn. et arem. *ascall*, camb. *asgell*, R. Williams, Lexicon cornubrit. ad voc. Hæc omnia vocabula, latina, germanica et celtica, nituntur radici originariæ AK (flexuose ire), in formâ desiderativâ contractâ.

6. 7 *coni diruidigther ./. coni etarscarthar on* (et ne

derivetur i. e. ne separetur id). — *coni* (ne, ut non). *co* vel *con* est conjunctio significans ut et donec, Z. 682. *ni*, particula negativa, Z. 701. — *diruidigther* (pro *disruidigther*, derivetur), 3 pers. sing. conj. præs. pass. verbi *disruthigur* quod est denominativum a subst. *sruth* (rivus, flumen) obvio infra in gl. II. II. 17. Hæc forma offert exemplum pereuntis *s* ob infectionem, Z. 63. Occurrunt in codicibus: *díruidigthe* (derivatus), *díruidigud* (derivatio), *is in dírruidiguth* (in derivatione), *dirrudigeddar* (derivantur); cum *s* servatâ *disruthaigedar*, cum *s* notatâ puncto delente *diṡruthigud, díṡruidigud;* Z. 63. 265. 349. 983. — *etarscarthar* (separetur), 3 pers. sing. conj. præs. pass. verbi compositi præpositione *etar* (inter) et rad. origin. SCAR, sanscr. k'hur, ant. germ. scar (abscindere, secare). Cf. Z. *eterscértar* (separantur), *itarscarthar* (dirimitur), *etarscarad* (separare, separatio), *etarscartha* (separationis) 254. 255. 270. 464. 708. Verbum simplex: *nascarad* (ne secedat) Z. 708.—*on* (sæpius scriptum *ón*, id), pronomen demonst. abstractum neutrum significans, Z. 358.

7. *múcni* (austera) adject. in acc. pl. Occurrit nom. sing. *múcnae* infra in gl. II. II. 24. Cf. Z. *inmucnatad* (gl. trúculentiæ) 273.

8. *is ed inso tra tosach indlibuir air intestimni donucsum riam is do imthrenugud ón as ind fetarlaici as ninunn tósach preceptae iohain 7 issu crist* (est id ipsum igitur initium libri quia testimonia quæ protulit ipse antea est ad confirmandum id ex vetere testamento, esse idem initium doctrinæ Johannis et Jeshu Christi) — *ed* (id) pron. 3 pers. sing. neutr. Z. 333. — *tra* (igitur), conj. Z. 664. — *ind libuir* (libri), gen. sing. masc. substantivi a lat. desumpti; nom. sing. *libur* vel *lebar,* Stok. Ir. gl. p. 70; Z. 462. — *in testimni* (testimonia), nom. pl. substantivi *testimin* (testimonium, textus) a lat. desumpti. Præbet exemplum assimilationis vocalium ob assonantiam. Obvia vox apud Z. 277. 676. et in Cod. Ml. cum significatione textus: *is medon testimin inso. is iar testimin inso* 117; *badoig bed ningcert intestiminso* (verosimile est quod sit incertus textus

hic) 128; *issi ciall gaibes intestiminso* (est hic sensus quod continet textus hic) 209. — *donucsum* (quæ protulit ipse), disjungendum *do-n-uc-sum. n* est pronomen relat. infixum. *sum* est pron. dem. quod alias scribitur *som*, *sem*, mutatâ ob assonantiam vocali; v. gl. I. I. 2. *do-uc* est 3 pers. sing. præt. verbi *do-uccu* de quo supra dictum est in gl. I. I. 12. cf. Z. *amal donuic testimni* (sicut protulit testimonia) 676; *atathestis donuccussa* (sunt testes quos protuli) 1054; Ebel Beit. V. 23. 24. — *riam* (antea), adverbium temporis derivatum a præp. *ren*, Z. 568. —*do imthrenugud*, dat. sing. masc. substantivi *imthrenugud* (confirmatio) derivati ab adj. *trén* (fortis) Z. 22. 23. 199. 255. 1050; Ebel Beit. V. 34; cf. *imtrénigim* (mando) Z. 431. 846. 1037. — *as ind fetarlaici* (ex vetere testamento). *as* (ex), præp. regens dativum. *fetarlaici* dat. sing. substantivi fem. *fetarlice*, Z. 257. 339. 824. — *as ninunn* (esse idem, ad litt. quod est idem). *as* (est), 3 pers. sing. ind. præs. in forma dependente verbi substantivi, Z. 476. *n-inunn* (idem). *n* signum relationis. *inunn* pron. dem. Z. 358.

9. *air is di iohain intinscana side aisn̄dis. ⁊ is* gratia dei *etercertar an* iohannis *hisin* (nam de Johanne incipit ista narratio et gratia Dei interpretatur hoc ipsum Johannes). Ad litt. nam est de Johanne quod incipit, etc. — *intinscana* (incipit), 3 pers. sing. ind. præs. act. verbi compositi triplici præp. *in-do-ind* et rad. hib. *scan*. Z. 263. 273. 350. 590. 730. 849. 856-8. 1068. Cf. infra gl. II. I. 17. 19. Fortasse rad. hib. *scan* orta est per assim. a *scand* et nititur radicibus sanscr. et lat. skand, scand. — *etercertar* (vertitur, interpretatur in sensu pass.), 3 pers. sing. ind. præs. pass. verbi compositi præp. *etar* et radice obvia in pluribus formis hibernicis : *cocart* (corrige), *cocarti* (emendandum), *conaicertus*, etc. Z. XIV. Stok. Ir. gl. p. 106. — *an* art. neutr.; *hi-sin* duplex pron. demonstrativum. Notetur nomen in forma lat. Johannes intercedens inter articulum neutrum et pronomen ejusdem generis, quæ constructio satis frequens est in vetustis codicibus hibernicis.

13. *tris inniris fosissetar imbathis* (per fidem quæ declaratur in baptismo). — *tri s-inn iris* (per fidem). *tri* (vel *tre*, per) præp. regens acc. Z. 610. *s-inn* art. fem. in acc. sing. *iris* (fidem) acc. sing. substantivi fem. quod scribitur iñ nom. sing. *aires, ires, hires, iress;* gen. sing. *irise*, *irisse*, occurrit contractum *irse* infra in gl. II. I. 15. — *fosissetar* (quæ promittitur, declaratur, confitetur in sensu pass.). Subest rad. *sem, sim*, præf. *fo*, conferenda, ut videtur, cum rad. sanscr. çam (explicare, docere, reputare), Rosen Rad. sc. In hâc formâ autem radix videtur reduplicata. *fosissetar* est 3 pers. sing. præs. pass. verbi *foismim* (fateor, confiteor) quod occurrit in Lib. Breac 4. 66, et disjungendum est in *fo-sim-im*, rad. *sim*. Terminatio *-tar* 3 personæ sing. præs. pass. quæ hic obvia est sine infectione excussam ante se consonam nasalem indicat. Eâdem radice nituntur formæ *fuismedach* (confessorum) Stok. Goid. 65; *fóisite, foisitiu* (confessio) Z. 41. 268 et infra gl. II. II. 10. Cf. O'R. *foisisiter* (is acknowledged), *faosma* (acknowledgement), *faisitniugad*, etc.

15. *ani foirbthigther ./. ani forfenar ./. tabart innan doine dochum nirse 7 dilgud a pecthe ndoib tri baithis* (id quod consummatur i. e. id quod finitur i. e. conversio hominum ad fidem et remissio eorum peccatorum eis per baptismum). — *foirbthigther* (consummatur, perficitur), 3 pers. sing. ind. præs. pass. verbi deriv. a particip. *foirbthe* (perfectus), rad. *be, ben*, præf. *for;* v. supra gl. I. II. 14. Z. 470. — *forfenar* (perficitur, finitur), 3 pers. sing. ind. præs. pass. Censet W. Stokes, Goid. V., *forfenar* esse pro *forchenar* cum *f* pro *ch*, quo in casu hoc verbum esset denominativum a *forcenn* (finis) Z. 845. Cf. gl. Ml. *forcènna* (consummare) Stok. Goid. 24. Sed obstant hypothesi tum *c* non infecta in *forcenn* et *forcenna*, tum geminatio in his vocibus consonæ nasalis quæ simplex est in *forfenar*. Fortasse statuendum *forfenar* esse hic pro *forbenar*, a rad. *ben*, cum *f* pro *b* infectâ a præc. præp. *for*. Transit enim quandoquidem *b* in *f* in vetustâ linguâ hibernicâ, ut in formis parallelis *cammaib*

cammaif camaiph, bar far, neb neph, et in terminationibus futuri *-bid -fid, -bea -fea*, etc. Z. 72. 436. 830, sæpius vero in linguâ hib. mediâ et recentiori, ut *cetfaid, comchetfaid* Sc. na es. 10. 14, *céadfaidh*, O' R. etc. pro vet. *cétbuid, comchétbaid*. Ideo *foirbthigther* et *forbenar* eâdem radice niterentur, eandemque haberent significationem. — *tabart* (conversio, inductio) subst. verbale, vel infinitivus verbi *tabur* (do, affero), compositi, ut videtur, duplici præp. *do-ad* et *biur* (fero), rad. orig. BHAR. Z. 440. 441. 461. Gen. sing. *tabarte*, dat. acc. *tabairt, tabirt*, 461. *trebartabirtsi dochum nirisse* (dando vos ad fidem) ib. — *innan doine* (hominum). *innan* art. gen. pl.; *doine* (sæpius scriptum *dóine*), gen. pl. substantivi masc. *duine*, gen. *duini*, dat. *duini, duiniu*, acc. *duine*, voc. *duini*, pl. nom. et acc. *dóini*. Z. 279. Stok. Ir. gl. p. 46. Dativus pluralis occurrit in gl. Ml. *tria degmaini dombeir do doinib 7 do iudeib sechach* (gl. discribit dignitatem ejus quem laudari meruerat i. e. per ejus beneficia quæ præbet hominibus) 209; *amal inni asroilli ./. airatroilli dia a aigsin donaib doinib* (gl. de hominibus tamquam benemerentem i. e. sicut qui meretur, quia meretur deus sui ipsius timorem ab hominibus) 109. Præcedit glossa : *sechis agatar indhuili doini són file is intalam* (gl. timeat dominum omnis terra) 109. — *dochum nirse* (legendum *dochum-n irse*, ad fidem). — *dochum* est præp. nominatis (ad) quæ ante vocales sibi adjungit litt. *n* quæ est hic signum terminationis accusativi. Hæc præp. regit genitivum. Z. 461. 620. *irse* (pro *irise, irisse*) gen. sing. substantivi fem. *ires* (fides) de quo v. supra in gl. II. I. 13. — *dilgud* (remissio), sæpius scriptum *dílgud*, est subst. masc. compositum præp. *di* et rad. hib. *luch*. Ideo *dílgud* est pro *di-luch-ud*. Gen. sing. diverse scribitur *dílgotho dílgutha*. Cf. formas : *dilgudach* (indulgens), *dílgid, dilgaid* (remittitis, ignoscitis); cum præp. *do* : *doluigim* (remitto), *dorolgetha* (remissa sunt); cum duplici præp. *ad-di* vel *ad-do* formas frequenter obvias: *atluchur buidi* (pro *ad-d-luchur*), *atlugud buide* (refero gratias, relatio gratiarum) Z. 34. 35. 255. 768. 840. 844. 987.

Simplex verbum occurrit in oratione dominicali apud O'Donovan, *log* (dimitte), Ir. Gram. 442. Cf. substantivum *lóg*, gen. *lóge* (merces, stipendium) apud Z. 432. 577. 1051; Stok. Ir.. gl. p. 51. Radix hib. *luch*, quæ connexa videri potest cum voc. lat. *lucrum*, fortasse secundaria est et derivata a rad. orig. LU, sanscr. *lū*. — *pecthe-n* (peccatorum), genit. pl. substantivi masc. *peccad* a lat. transumpti. — *doib* (eis) est præp. *do* (ad) cum pron. 3 pers. suffixo, Z. 342.

17. *intosgaigther ./. intinscantar* (initiatur, i. e. incipitur). — *intosgaigther* est 3 pers. sing. præs. pass. verbi denominativi a *tosach* (initium) præf. *in* v. gl. I. II. 11. — *intinscantar* (incipitur) v. gl. II. I. 9.

18. *tris in fuar inbudcaid ./. tri iohain. foruar inna inbotha ./. dorigni tochmarc inna ecailse do christ* (per parationem connubii i. e. per Johannem qui paravit nuptias i. e. qui fecit desponsationem ecclesiæ ad Christum, vel pro Christo) — *fuar* (parationem) v. supra *remfuar* (præparatio) gl. I. II. 10. et mox *foruar* (= *fo-ro-uar* paravit). — *inbudcaid* (connubii) puto esse gen. sing. substantivi masc. **inbudcad* conferendum cum formis obviis apud Z. *int inbodugud* (nubere) 985, *dian inbothigetar* (si nubent) 1050. Pertineret huc forte glossa obscura apud W. Stokes *baindi cích* (nuptiæ) Ir. gl. p. 68, si legi posset *inbudicith*, quod esset nom. pl. masc. — *inna inbotha* (nuptias), acc. pl. substantivi **inbuth*, quæ vox connexa est cum præcedenti et conferenda videtur cum vocibus *baithaigim, baithigim* Z. 431. — *dorigni* (fecit), 3 pers. sing. præt. verbi *do-gníu* (facio). Hæc forma invenitur in codicibus diverse scripta *dorigni*, *dorigéni*, *dorrigeni*, *durigni*, in quibus omnibus vocalis particulæ præteriti *ro* videtur assimilata per assonantiam. V. supra gl. I. I. 10. — *tochmarc* (desponsatio, petitio, decomponendum *do-fo-com-arc* e rad. hib. *arc*, *arg* quæ præbet sensum pellendi, offendendi, urgendi. Est hic in casu acc. sing. Ex eâdem radice procedunt plurimæ formæ hibernicæ, inter quas sufficiat indicare *imchomarc* (interrogatio), *aidchomarc* (quæstio), *terchomarc* (ecclesia), Z. 852-3. 857, *comtherchomrac* (congregatio)

gl. III. I. 4. — *inna ecailse do christ* (ecclesiæ ad Christum vel pro Christo). *ecailse* est gen. sing. substantivi fem. transumpti *eclais* (ecclesia). Ob assonantiam hæc forma genitivi mirâ scribitur diversitate in codicibus *aeccalsa ecolso aecolsa aecaillse ecilse.*

19. *Amal forcantar cathchomnidi ho sacardd hitosch acus m̀baithsetar acus amal noingter iarum ho epscop.* sic *dan intindarscan iohain. forcital innan doine acus ambaithsed hi tosuch. acus rooingthea iarum ho christ ./. rofoirbthiged ho christ acus forcuad ingnim tindarscan. iohain...* (sicut instruuntur catechumeni a sacerdote in initio et baptizantur et sicut unguntur postea ab episcopo, sic etiam incœpit Johannes instructionem hominum et eorum baptismum in initio et uncti sunt postea a Christo i. e. perfectum est a Christo et finitum opus quod incœpit Johannes). — *forcantar* (instrunutur), 3 pers. plur. ind. præs. pass. verbi *forchanim* (aliâ formâ *forchun* præcipio, doceo) comp. præp. *for* et rad. KAN, v. gl. I. I. 5, unde *forcital* (doctrina, instructio), *forcitlid* (præceptor) Z. 440. 780. 845. Hic in *forcantar* consona radicalis *c* non est infecta ob præcedentem conjunctionem *amal* quæ supponit sequentem relationem; cf. Ebel Beit. V. 24. — *cathchomnidi* (catechumeni), nom. pl. substantivi *cathchomnithe* quod occurrit etiam infra in nom. pl. *in chadchoimnidi* gl. II. II. 6. Vox transumpta cum terminatione hibernicâ. — *hitosch* legendum *hi tosuch* (in initio, primum), dat. sing. subst. *tosach,* gl. I. II. 11. — *m̀baithsetar* (baptizantur). *m̀* est signum relationis a præcedente conjunctione *amal* requisitæ. *baithsetar,* 3 pers. pl. præs. ind. pass. verbi *baitsim* Z. 431. De hoc verbo et de nomine *baithis* (baptismum) disseruit Ebel, Beit. IV. 171. — *noingter* (unguntur). *n* est signum relationis. *oingter* 3 pers. pl. præs. ind. pass. — *rooingthea* (uncti sunt), 3 pers. pl. præt. pass. v. gl. I. I. 3. 4. — *ambaithsed* (eorum baptismum). *am* est pron. possessivum 3 pers. pl. Z. 345. *baithsed* est subst. verbale, seu infinitivus. — *rofoirbthiged* (perfectum est), 3 pers. sing. præt. pass. verbi derivati a particip.

foirbthe, gl. I. II. 14. II. I. 15. — *forcuad* plane scriptum, sed legendum, ut videtur, *forcnad* (finitum est), 3 pers. sing. præt. pass. verbi derivati a *forcenn* (finis). Cf. *foircniter* (finiuntur) Z. 467; Stokes Goid. 15. — *gním* (opus, actio), subst. a verbo *gníu* (facio), v. gl. I. I. 10. — *tindarscan*, *intindarscan* (incœpit), 3 pers. sing. præt. verbi compositi præp. *do-ind*, *in-do-ind* et rad. *scan*. Notanda est in his formis transpositio litterarum et assimilatio vocalis ob assonantiam in particulâ præteriti *ar* pro *ro*, nisi forte in *ar* lateat relatio.

Pag. II. col. II.

Gl. 5. *cinn* (capite), genitivus vel fortasse locativus singularis substantivi masc. *cenn* (caput). Hujus nominis declinationem exponit W. Stokes, Ir. gl. p. 39.

6. *is hé candadas innan degnime són. gnite in chadchoimnidi retecht fobathis. dofoirndither tris in mbrat find* (est iste candor bonorum operum ipsorum quæ faciunt catechumeni antequam subeant baptismum, qui significatur per pallium album). — *candadas*, subst. masc. derivatum, ut videtur, a lat. candidus, assimilatâ per assonantiam secundâ vocali et additâ terminatione substantivorum hibernicorum in *as*, Z. 750. — *degnimae* (pro *deg-gníme* bonorum operum, bene-factorum), gen. pl. nominis compositi adj. *deg* (alias *dag*, bonus) et subst. *gním* (opus, actio) Z. 826. Forma *degním* pro *daggním* sæpe obvia est in cod. Ml. ex. gr. *denmae degnimae son* (gl. melioris vitæ); *mani dena maith acht is ed annert foirbthe imgabail cech huilc 7 denum cech degnima* (gl. neque enim perfecta uirtus est tantum uitiis non fedari i. e. si non facit bonum, sed est ista virtus perfecta vitare omne malum et facere omne bonum opus). — *gnite* (quæ faciunt), forma relativa 3 pers. plur. præs. verbi *gníu* Z. 457. — *retecht fobathis* (antequam subeant baptismum, ad litt. ante itionem sub baptismum). *re* (ante, *ren* quum præcedit vocales), præp. cum dativo. *techt*,

subst. verbale seu infinitivus verbi comp. præp. *do* et rad. *ic* (ire) Z. 461. 495. 582. — *fo* (sub) præp. regens dat. et acc. Z. 582. — *dofoirndither* (significatur) decomponendum *do-fo-rindither,* 3 pers. sing. præs. ind. pass. verbi denominativi a *rind* (signum) præf. *do-fo.* Z. 854. — *m-brat* (pallium). *m* pertinet ad articulum acc. qui præcedit. *brat* obvium est apud Z. 820; Cor. Glos. ed. a W. Stokes LIII; Lib. Hym. 73; diminut. *bróitene* (palliolum) Z. 282. Nititur rad. orig. VAR (tegere). — *find* (albus, camb. et corn. *gwyn*), adjectivum connexum cum radice quæ multiplicem formam supponere videtur, prout apparet ex cognatis vocibus : sansc. rad. çvit, çvind (albicare), çvēta, sitá (albus); got. hveits (albus); gr. σίδηρος (ferrum i. e. splendens); lat. sīdus, sūdus; lit. sidabras (argentum), swidus (albus); vet. sl. swietilo (lux), swiezda (stella). Hinc colligenda triplex radicis forma KVIT, KVIND, SVIND.

9. *an dumbertis acoibsena* (quum afferebant confessiones suas). — *an* (quum, dum) Z. 669. — *du-m-bertis* (afferebant) 3 pers. pl. præs. secundarii act. verbi *dobiur* (affero) cum signo relationis infixo. — *a-coibsena* (confessiones suas). *a* est pron. possessivum. *coibsena,* acc. pl. substantivi a lat. transumpti *coibse* (confessio), Stokes th. Ir. gl. XXII; Z. *dobérat huili acoibsena* (reddent omnes rationes suas) 345.

10. *biid din aconfessio hisin dofóisitin pecthae biid dan domolad biid dan do atlugud buide dofoisitin din ata som sunt* (est igitur eorum confessio ista confiteri peccata, est etiam laudare, est etiam gratias agere; confiteri igitur est hoc ipsum). — *biid* (est), 3 pers. sing. præs. ind. verbi subst. Z. 479. — *do fóisitin pecthae* ad lit. ad confessionem peccatorum. — *do molad* (ad laudem). *molad* subst. et infinitivus verbi *molur* (laudo) Z. 989; Ml. *air cech ceneliu ciuil. honid techtae molad dáe dobersom ani as chitara asbeir* (gl. generali præfatu ad laudes diuinas coartatus nunc ipsas species, carminum, quibus laudetur enumerat) 109; *co molait són* (gl. ut psallant); *amolath* (gl. surge psalterium cum chitara) 259.

11. *disin doeirbling* (de hoc desiliit). — *di-sin* (de hoc), pron. dem. *sin* cum præp. *di* præf. Z. 353. — *doeirbling* (desiliit), in seq. gl. *doarblaing*, est pro *do-ar-labing*, transpositis litteris. Præteritum redupl. hujus verbi occurrit in Oing. Gloss. *roleblaing* (= *rolelabing*) ./. *roling;* et in O' Dav. Gloss. sub voc. *forualatar : rolebhlingessetar;* Stokes, th. Ir. gl. 83. 130. Ideo *doarblaing* compositum est duplici præp. *do-ar*, radice *lab* et derivatione *ang, ing*. Labialis media in subst. *léim* (saltus) vel deficit in *m*, vel eliditur si *m* pertinet hic ad derivationem. Cf. voces britannicas cambr. *lammam* (salio), corn. *lamme* (to leap), etc. In *doeirbling* notanda est *í* producta pro *ai*, ut supra in *tegdís* pro *tegdais* gl. I. I. 12. Radix orig. est LAB, sanscr. lamb, lat. *lāb-o*, *lāb-or*. Præclarum habemus hic, ni forte unicum, exemplum labialis mediæ originariæ in linguâ hibernicâ servatæ.

12. *air intan ad cita acæ rebeca. inni isác. doarblaing den chamull forambói. ar omalldoit spō.* sic *dan doarblaing ind eclais din chamull in diumsa 7 innan drochgni forsa robae intan adcondairc* sponsum ./. Christum (nam quum primum vidit Rebecca Isaacum desiliit de camelo super quo erat propter humilitatem spiritus sic et desiliit ecclesia de camelo superbiæ et malefactorum super quo erat quum vidit sponsum i. e. Christum). — *ad cita acæ* (primum vidit). *cita* (primum), adv. quod obvium est apud Z. sub formâ *cetu, ceta, ciatu*, et videtur derivatum a *cét* (primus); cf. *fochetoir* (sub primâ orâ, illico), 316. 564. 568. 1130. *acæ* (vidit) fortasse conjungendum cum præc. *ad*, intercedente adverbio *cita*, ita ut legendum sit *ad-acæ*. Cf. formas : *atchi*, *adci* (videt), *aci, acai* (vides), *adced* (videtis), *adcethe* (videretis), *adchess* (cognitum est), *anadchiter* (quod videtur), *deccu* (video) Z. 437. 491. 839. — *inní isac* ad litt. eum Isaacum. — *forambói* decomponendum *for-am-bói* (super quo erat). — *omalldoit* (humilitatem), vox a lat. desumpta, cum assimilatione vocalium ob assonantiam. — *spō* legendum *spiruto* (spiritus), gen. sing. substantivi a lat.

desumpti, nisi forte legendum sponso. — *in diumsa* (superbiæ, vanitatis), gen. sing. substantivi *diumus.* Forma regularis genitivi sing. est *diumussa;* sed hic, ut sæpe in cod. Taur., fit contractio propter ponderationem accentus. Occurrit hæc vox apud Stokes, Ir. gl. p. 119. Oritur a *diumus* adjectivum *diumussach* (superbus), sæpe obvium : *isdiummussag 7 isanfissid* (gl. superbus nihil sciens) Z. 1051; *nachamindarbanarsa fo chomtururasib innan diummassach* (gl. non subieciar pedibus superborum i. e. incursionibus superborum) Ml. 118. Fit et verbum denominativum : *nonnodiummusaigtis* (gl. apud superbientes) Gold. 28. — *innan drochgní* (malefactorum, malorum operum). *drochgní* est compositum adj. *droch* (malus) et subst. *gní* (opera, factum, actio), in hac formâ aliunde mihi incognito. Forma enim ordinaria est *gním* in nom. sing. et *gníme* in gen. pl. Z. 256. 826. — *adcondairc* (vidit), 3 pers sing. præt. verbi comp. duplici præp. *ad-con* et rad. orig. DARK (videre, conspicere), sansc. dṛç, gr. δέρκομαι. Consona *c* præpositionis *con* hic infecta non est ob latentem relationem.

14. *amal foraitbi int sarra thall intan asrobrad frie comberad macc* (sicut subrisit Sara illic quum dictum est ei quod ferret filium — *foraitbi* (subrisit), 3 pers. sing. præt. verbi *tibiu* (rideo) præf. *fo.* Decomponendum *fo-r-a-tibi (fo-ro-an-tibi),* regressâ vocali radicali ob accentum, ut *foircthe* pro **forcithe*, *foirbthe* pro **forbithe, foirthiu* pro **forithiu. ra,* pro *ro-an,* est particula præt. cum relatione infixâ ob præcedentem conjunctionem (1). Radix originaria videtur nutare inter formas TIV et DIV; vox enim hibernica priorem, vox latina *jocus* pro **diu-cus, *div-i-cus,* alteram ex hisce formis supponit. In linguâ sanscritâ plures formæ radicales occurrunt *div dēv, dhiv dhinv* et *tēv* (ludere, exhilarare). Pertinet huc fortasse gr. τωθάζω (irrideo, pro θευ-θ-αζω) in formâ reduplicatâ. Cf. *tibiu* (rideo) Beit. III.

(1) Aliter hanc vocem decomponit Ebel, nempe : *fo-ro-aith-tibi,* Beit. V. 456.

48; *cuitbed* (irrisio), *cuitbedcha* (frivolas) pro *co-tib**, Stokes Goid. 23-4. — *tall* (illic) est forma adverbialis, quæ sæpe additur pronomini demonstrativo, Z. 351. 566. — *asrobrad* (dictum est), 3 pers. sing. præt. verbi *as-biur* (effero, dico) Z. 440. 467. — *frie* (ei, ad eam) est præp. *fri (frith*, adversus, ad, contra) cum pronomine suffixo 3 pers. fem. in casu accusativo. Z. 342. 609. — *comberad* (ut ferret, quod ferret, disjungendum *co-m-berad)*, 3 pers. sing. conj. verbi *biur* (fero); præcedit cunjunctio *co* cum signo relationis infixo.

16. *issi etercert indi as* maria princeps cum deo (est ista interpretatio ejus quod est Maria p. c. d.) — *etercert* (interpretatio) v. gl. II. I. 9. — *indí* (ejus, ejus quod), gen. sing. neut. pron. dem. *í* cum præc. articulo. Z. 352.

17. *tris na foirthiu ailitherdi ./. ni conimruldatar cosa doine riam lar srotha.* iordanem (per vada peregrina i. e. non transiluerant pedes hominum antea alveum fluminis; Jordanem). — *foirthiu* (vada, pro *fo-rithiu,* regressâ vocali radicali ad præfixum ob accentum), acc. plur. substantivi **foirthe* pro *fo-rithe)*, vox mihi alibi non obvia. Subest radix celtica *rid, red,* quæ videtur orta ab orig. rad. RI (ire), sanscr. *ar, ri.* Cf. *arriuth* (adorior), *rethit* (currunt), *rethess* (qui currit), *dindriuth* (de cursu), *innarrith* (in nostro curriculo), *dériad* (bigæ), Z. 73; *hua rith* (gl. lapsu) Ml. 167; *raith rith la grein ngescaig,* Am. Col. et O'R. ad voc. *ríthim* (I run), *riadh, rith* (course), *foiridin* (pursuite). Inde colligendum *foirthe (fo-rid-e)* significare incursio, itiner, vadum, descensio. — *ailitherdi* (peregrina), acc. pl. adjectivi *ailitherde* derivati a subst. *ailithir* (peregrinatio, exilium) quod occurrit in cod. Ml. *ar digail tairmtechta rechta dáe luid in ailithri* (gl. in ultionem legis suæ patris mathathiæ exemplo i. e. in ultionem transgressionis legis Dei ivit in exilium) 154. — *ni* (non) part. neg. sæpius scripta *ní* Z. 701. — *conimruldatar* (transiluerant vel commoverant), 3 pers. plur. præt. verbi compositi dupl. præp. *con-im* et rad. hib. secundariâ *luad,* intercedente particulâ præt. *ro.* Decom-

ponendum *con-im-ro-lud-atar*. Cf. Z. *ní nad rindualdatar acht inrualdatar* (non ne incurrerent, sed incurrerunt) 415; *duntimluad* (gl. agitationem) 1069; *imluadi* (exagitat), *imluadad* (saltabat) 837; *imluadad* (gl. iactabat) Ml. 72; *immeluaiter* (gl. iactamini) 276; O' R. *cómhlaidhim* (I travel in company). — *cosa* (pedes), acc. plur. substantivi fem. *cos* (pes). Nom. pl. occurrit apud Z. *láma 7 cossa* (manus et pedes) 262; nom. et acc. sing. in Cod. Ml. *sechis mo chois air is inunn óin dicotét lessom. indacran:: 7 in chos ./. don chomthururas no dindfresngabail* (gl. pedem possuit pro incursu síc alibi ait super edumeam extendam calciamentum meum id est ascendam; i. e. meum pedem, nam idem et unum convenit ei, duo calceamenta et pes i. e. pro incursu vel ascensione) 118. Cf. composita : Hymn. in Patric. *intarmchosal* (prævaricator); Ml. *tairmchoslaidib* (gl. præuaricatoribus) 154. — *lár* (alveum); Z. *ond lár* (ab solo) 20; Ml. *indiles lair* (gl. proprii soli) 75; *dundlár* (gl. solo), *ind ithlair* (gl. areæ) Stok. Goid. 29. — *srotha* (fluminis), gen. sing. substantivi *sruth*, Z. 63. Occurrit apud Z. gen. sing. sub formâ *indṡrotho* (fluvii) 255. Cf. Stok. Ir. Gl. p. 116.

18. *hitír cannán* (in terram Canaan). — *tír*, acc. sing. substantivi neut. *tír* (terra), gen. sing. *tire;* Z. *atír* (ager) 249; Ml. *hitir nisrahel* (gl. in patriam. i. e. in terram Israhel) 98.

19. *delb* (forma, imago), nom. sing. substantivi fem., gen. *delbe*, dat. *deilb*, acc. *delb,* pl. nom. *delbæ,* gen. *delb;* Z. 99. 259 et seq. Obvium verbum in cod. Ml. *áanais rudelbat doib oc tuistin acoirp niroisset á lethadi* (gl. nec ad mediam qua uiuere poterant compossitione corporis ætatem deo puniente peruenient) 154. Subst. deriv. cum mutatione vocalis radicalis ob actionem seq. liquidæ : *is indolbud* (gl. in confixione. i. e. in confectione) Ml. 53. Partic. pass. *doilbthib* (gl. fictis, uerbis); innan *doilbthe* (gl. fictorum) Ml. 128. Cf. quoad etym. Stok. Ir. Gl. p. 85.

20. *tris in credo son gaibther oc in bathis* (per hoc

credo quod recitatur in baptismo). — *gaibther*, 3 pers. sing. ind. præs. pass. verbi *gaibim*, *gabimm*, Z. 430. 895, quod plures habet significationes, nempe : accipio, sumo, contineo, capio, compono et etiam recito, cano, quæ postrema significatio obtinet sæpe in cod. Ml. : *rogabath* (gl. decantatus est, psalmus); *combad si amsersin rongabthe in salm* (gl. quod in tabernaculorum confixione, leg. confectione, á beato dauid sit psalmus iste compossitus quo tempore etiam frugum quæ per decimas offerebantur fieri solebat inlatio i. e. quod sit hoc tempus quo compositus sit psalmus) 53; *indi s̃t rogabad in salm fanac* 7 *cessi aimser hi rogbath* (gl. siue hoc uerum sit siue falsum i. e. utrum decantatus sit psalmus nec ne et quod sit tempus quo decantatus est) ib.; *ind firinne inna stoir fuarogbad insalmso* (gl. quia ad psalmi magis intellectum nitimur peruenire) ib.; *dia fessar ind aimser hi rogabthar in salm conic domberthar forceill din titul asfír ani chanas* (gl. nam si sciatur tempus in quo psalmus decantatus est potest quidem superscriptioni quod uera sit perhibere testimonium : tamen non potest etiam dictorum notitiam tradere intellectumque reserare) ib.; *in cois* 7 *in caingin ararogbad insalm ./. ar longais ioniae cona popul* (gl. superior sane pars tituli causam cantici inferior inscriptionis tempus ostendit i. e. causam et rationem propter quam decantatus est psalmus i. e. propter exilium Joniæ cum suo populo) 154; *hi rogab insalmso* (gl. tempus inscriptionis) ib.

21. *s̈erbaigthir* (amaricatur), 3 pers. sing. præs. ind. pass. verbi denom. ab adj. *serb* (amarus). Cf. compar. *intserbu* (amarius), subst. *serbe* (amaritudo) Z. 12. 257-8. 563; Stok. Ir. gl. p. 130.

24. *airndib múcnae* 7 *airndib ecmailt anétach* 7 *ambiad* 7 *andeug innani prithchite hiris* 7 *condib tri anuile m̃bethaid ón dan* 7 *nib cuit ree* (ut sit austerus et ut sit insolitus eorum vestitus et eorum cibus et potus eorum qui prædicant fidem et ut sit per omnem eorum vitam id etiam et ne sit ratio temporis). — *airndib* (ut sit), ad litt. ut id sit,

decomponendum *ar-in-d-ib*. *arin*, contractum in *airn*, regrestâ vocali, ut sæpe, est conj. *ar* quæ, juncta pronomini vel relationi *an*, significat ut et sumit formas sequentibus litteris accommodatas *aran*, *ara*, *arn*, *arin*, *airn* (ante labiales *arm* etc.). *d* est pron. 3 pers. sing. infixum. *ib* est 3 pers. sing. conj. verbi substantivi coalescens cum præc. conjunctione. Z. 485. 679. Ebel, Beit. V. 4. — *ecmailt* (insolitus), adj. decomponendum *e-c-mailt* (pro *es-co-smailt*, rad. *sam*. Cf. Z. *ecmailt*, *écmuilt* (gl. inquies) 999; *indecmailte* (gl. insolentia) 232; *écmailtiu* (gl. insolentior) Ml. Goid. 28. Cf. etiam formas *écsamil*, *écsamlus* (dissimilis, diversitas) et *cosmil* (similis) Z. 831; sine part. priv. *inna comailte* (gl. quietorum) 999. — *étach* (vestitus, vestis), nom. sing. subst. neut.; gen. *aétich*, *aétig*, Z. 235. 442. 777. 857. 1050-51; Stok. Ir. gl. p. 77. — *biad* (cibus, victus), nom. sing. subst. neut.; gen. *biith*, pl. nom. et acc. *biada*, Z. 250-1-3. 766; Stok. Ir. gl. p. 76. Ml. 167. — *deug* (potus), nom. sing. substantivi fem.; Ml. *riathar inna dige* (gl. torrente uoluptatis tuæ potabis eos) 118. — *condib* (ut sit), disjungendum *co-n-d-ib*, eadem formatio ac *airndib*. — *tri anuile m̄bethaid* (per omnem eorum vitam) legendum *tri an uile-m bethaid*. *an* est pron. relativum. *uile-m* (omnem), acc. sing. adjectivi *uile* (omnis, quivis) quod, more adjectivorum pronominalium, præcedit interdum substantivum, contra regulam communem, Z. 890; *indhuili doini* (omnes homines) Ml. 109; *arammuinfetar feid huili doini talman trissa nadamraesiu* (gl. ab hís qui in terra sunt eum faciet honorari) 128. *bethaid* (vitam), acc. sing. substantivi masc. *bethu*, gen. *bethad*, acc. *bethaid*, *bethid*. Z. 272-3. Cf. lat. vīta, sansc. ǵīvitá, e rad. orig. in formâ reduplicatâ, ut videtur, GVIG. — *nib* (ne sit), 3 pers. sing. conj. præs. verbi substantivi, coalescens cum particulâ negativâ. — *cuit* (ratio, pars, portio) Z. 246. 268. 367. 487. 593. 616. 1031. Ebel, Beit. V. 58. — *ree*, v. O'R. *ré* (time, duration; life, existence; the moon). Cf. *rae gar*, *ré gair* (a short space) Stok. th. Ir. gl. XXXVI. 24.

25. *ammedón indomuin*. ut iudei. *acus assa immechtraib*

ut gentes (a medio mundi, ut Iudæi, et ab ejus extremitatibus, ut gentes). — præp. *a, as* quæ inest in formis *ammedón* et *assa* significat ab, ex et regit dativum, Z. 591. — *immechtraib* (extremitatibus), dat. pl. substantivi *immechtar* compositi ex *imm* et *echtar;* cf. gl. I. I. 12. et Ml. *as imbechtrachu* (gl. exteriore) Stok. Goid. 33.

Pag. III. col. I.

Gl. 2. *indegaid nisu* (post Jeshum). — *indegaid-n* (post), præp. nominalis regens genitivum. Z. 619. — *ísu* (Jeshus), gen. sing. n. p.

4. *hi comtherchomruc na tuade* (in congregatione populi). — *comtherchomruc,* dat. sing. substantivi *comtherchomrac* (congregatio), compositi præp. *con-do-air-con* et rad. *arc,* de quâ supra in gl. II. I. 18. Nominativus sing. occurrit in cod. Wr. *intuile comthirchomracc* sanctorum *hitalam* (gl. ecclesia universa christi) 7[c]; nom. pl. in cod. Ml. *inna comtherchomrac* (gl. conuenticula); *sechis comtherchomrac inna cenel fri testin fola* (gl. coitiones inter se gentium quibus ad belli præparantur accinctum) 81. Participium præt. passivi : *ingotho comtherchomraichti* (vocis compositæ) Z. 1010. Formæ cum tribus tantum præfixis : *duárchomraicset cloini ndoib fessin* (gl. congregauerunt iniquitatem sibi) Ml. 128; *cia duerchomraictis doib inclóini* (quamvis congregaverint sibi iniquitatem) ib.; *donterchomruc nóib* (gl. ecclesiæ dei) Z. 857; *uasal terchomrictid* (gl. archisinagogus) Stok. Ir. gl. p. 166. — *na tuade* (populi), gen. sing. substantivi fem. *tuath,* Z. 28. 830, a rad. orig. TU (crescere, augere). Comparationem hujus vocis cum vocibus cognatis vide apud Stok. Ir. gl. p. 73 et Ebel, Beit. II. 165. Gen. sing. *tuaithe,* Wr. 16[d]; *fritimthreçht tuatae* (gl. a promiscuo usu i. e. ab usu populi) Ml. 80; nom. sing. ib. *issísi nobcrete ./. is ed rochreti cách duibsi na nachaib ersoilcfithe etir 7 nachab ticfed for rí nach far tuad atoiri do imthecht foirb a doirsea* (gl. et eliuamini

portæ æternales ..... portæ hierusalem quæ credebamini in æternum clausæ i. e. hoc est quod credebat quisque vestrum quod non vobis apertæ fuerint omnino et non ad vos venturus fuerit vester rex nec vester populus a captivitate) 98.

7. *is forrae fadisin doroacht* (in se ipsam versa est, iniquitas). — *forrae* (in se, super se), præp. *for* cum pron. suffixo 3 pers. sing. fem. in casu accusativo. Hæc forma addenda est eis quas Zeuss enumerat p. 342. 584. — *doroacht* (versa est, venit), 3 pers. sing. præt. verbi compositi præf. *do* et radice *ic* (= anc). Cf. Wr. *is form féin doreg* (super me ipsum veniam) 7[d].

8. *ni duchoscrad intempuil storidi ralasom acus dia adchumtuch aithirriuch* (non ad destructionem templi historici venit ipse et ad ejus reædificationem iterum). — *du choscrad* (ad destructionem), dat. sing. substantivi masculini *coscrad* (destructio, pro *co-scar-ad*, a rad. orig. SKAR) Z. 33. 433. 701. 842. — *storidi* (materialis, historici), gen. sing. adjectivi masc. transumpti *stóride*, Z. 247. 258. 596. 765. — *rala* (venit), 3 pers. sing. præt. radicis hib. *al*, quæ nititur radice orig. AR (ire). Cf. *dorála*, *tarla*, *diall*, *direllsat*, Ebel, Beit. V. 9. 10. Z. 435. 844. 976; Ml. *dorellsat* (gl. deuiarunt) 79. — *adchumtuch*, dat. sing. substantivi *aidchumtach* (reædificatio) compositi duplici præp. *aith-cum* et them. a rad. orig. TAK, unde videtur orta radix secundaria sansc. taksh (facere, fabricari). Cf. *cumtach* (constructio, ædificatio), *cuimtgim* (construo) Z. 229. 470. 843. Stok. Ir. gl. p. 103-4; Ml. *an athcumtach són arbammadach* (gl. quum et prima constructio et instauratio cassæ essent) 276. — *aithirriuch*, adverbium in formâ dat. sing. (iterum), vel adject. in dat. sing., quo in casu vertendum est : ad ejus reædificationem alteram, novam. Cf. Z. *domaithirriuch* (gl. ad emendationem meam) 986; Book of Arm. cit. a Stok. *dubbert segene oitherroch aidacht* (Segéne gave another bequest) Ir. gl. p. 113; Ml. *doberar aithirriuch animchomarc* (gl. interrogatio geminatur) 98; *nondaberthar aithirriuch in doiri* (gl. nolite

opinari emuli habitatores hierusalem per deum reductos de babilone demum relictis propriis sedibus in alienas terras posse transferri) 275.

9. *ciabatar degtacrae les* (quamvis fuerint bona argumenta apud eum). — *cia* (quamvis, etsi, quod), conj. Z. 671. — *batar* (fuerunt), 3 pers. pl. præt. verbi substantivi Z. 481-2; *cebtar* (pro *ce-batar,* quamquam fuerunt) Z. 672; *batar fo mám ioseph* (gl. inferioresque ægiptiorum iudices i. e. qui erant sub ditione Josephi) Ml. 252; *ind eridech ./. as in magin imbatar* (gl. sublato scipho et hasta i. e. ex loco in quo erant) 117. — *tacrae* (argumenta, rationes), nom. pl. substantivi *tacre* pro *do-ad-gare,* sicut *frecre* (responsio) pro *frith-gare,* et *diucrae* (exclamatio) pro *do-od-gare,* v. supra gl. I. I. 12. Cf. O' R. *tacra* (advocacy, pleading); Z. *adgaur* (convenio, loquor in concione), *dogair* (appellat) 440. — *les* (apud eum, in eo), præp. *la, le* (apud, in) cum pron. 3 pers. acc. sing. masc. suffixo. Z. 342. 605. Cf. infra gl. IV. I. 6.

10. *innerchoimded* (apologiam). — *erchoimded,* acc. sing. substantivi compositi duplici præp. *air-co* et them. orto, ut videtur, e rad. hib. *mid* (lat. med-itor, gr. μέδ-ομαι, Eb. Beit. II. 187), unde *midiur* (puto) Z. 444, *midithir* (dijudicat) 445, *miditir* (æstimantur) 466; cf. Z. *arcoimddim* (gl. causor) 71; Ml. *archoimtiu* (gl. excusantem) Stok. Goid. 16. Si revera radix est *mid,* vocalis radicalis regressa est, solito more, ad præfixum.

12. *sulib noteimligtis* (oculis qui caligabant). — *sulib* (oculis), dat. pl. substantivi fem. *súil,* Stok. Ir. gl. p. 73, connexi cum rad. sansc. sur (splendere). — *noteimligtis* (qui caligabant), 3 pers. pl. præs. secundarii verbi denomin. a subst. *temel* (obscuritas) Z. 263. 610. 730., quæ vox conferenda est cum sansc. támas, tamisra, tamisrā (caligo); lat. tenebræ, temere; lith. tamsâ (caligo); slav. vet. t'ma (obscuritas); germ. vet. demar (crepusculum); Bopp, gl. sc. ad voc; Z. 994; Ebel, Beit. II. 165. De connexione vocis sansc. tamisra cum lat. tenebræ vide Eb. Zeits. XIV. 77. In formâ *no-teimligtis,*

vocalis derivationis substantivi *temel* regressa est ad vocalem radicalem.

13. *oc tabairt bendachtae foir hirriucht essu* (in collatione benedictionis super eum pro Esaü). — *bendachtae* (benedictionis), gen. sing. substantivi fem. *bendacht* (thema in *a*) a lat. transumpti, cum assimilatione vocalium ob assonantiam. Alia forma genitivi sing. *bendachtan* (thema in *n*) occurrit apud Z. 270. —*foir* (super eum), præp. *for* cum pron. 3 pers. masc. infixo in casu acc. Z. 342. 584. — *hirriucht (in-riucht,* pro, vice, loco vel in formâ), adv. sub specie dativi sing. cum sequente genitivo. — *essu* (Esaü), gen. sing. n. p.

13. *gein crist huad iartain* (generationem Christi ex eo postea). — *gein* (generationem), acc. sing. substantivi fem. *gein,* gen. *geine*, orti a rad. orig. GAN (nasci), communi plurimis linguis indo-europæis, Eb. Beit. II. 161. — *huad* (ab eo), præp. *o* (*ua*) cum pron. 3 pers. sing. dat. masc. suffixo. Z. 590. —*iartain* (postea), formula adverbialis subst.; ad litt. post tempus. Z. 565

15. *in cethardataid ./. arnap samlid beith ar creitemni. condib sain persan maic de acus maic duini linn ./. condib cretem ceteora persann lin ./. persan athar acus maic de acus maic duini. acus spiurto noib..* (quaternitatem, i. e. ne ita sit fides nostra ut sit diversa persona filii dei et filii hominis apud nos, i. e. ut sit fides quatuor personarum apud nos, i. e. persona patris et filii dei et filii hominis, et spiritus sancti). — *cethardataid* (quaternitatem), acc. sing. substantivi masc. *cethardatu* (Cf. *treodatid,* trinitatem Z. 273), derivati, ut *cetharde,* a numerali cardinali *cethar-*, *cethir* (quatuor) Z. 310. 320. Cf. infra gl. IV. II. 26. *cethaird* (gl. quadrati). — *arnap samlid beith ar creitemni*, ad litt. ne sit ita ut esset fides nostra. *arnap* (ne sit) disjungendum *ar-na-p; ar* (ut) conjunctio; *na* (non) particula negativa; *p* pro *bb* est forma contracta 3 pers. sing. conj. verbi substantivi, Z. 485, cum assimilatâ relatione. *samlid* (ita), adv. quod scribitur quoque *samlaid,* Z. 564. deriv. a *samal* et connexum, etiam in de-

rivatione, cum lat. similis, et in rad. cum vocibus sansc. samá (similis), gr. ὁμός, goth. sama, v. Bopp, gl. sc. *beith* (esset), 3 pers. sing. conj. sec. verbi subst. Z. 483. *ar* (nostra), pron. possessivum 1 pers. pl. cum notâ augente *ni* post substantivum, Z. 343-4. *creitem* (alias *cretem* Z. 259, fides), nom. sing. substantivi feminini, gen. *cretme, creitme,* dat. acc. *cretim, crettim,* Z. 79-80. 260-1-2; littera *t* non infecta originariam dentalium geminationem indicat. Hujus vocis connexionem cum lat. credo vide apud Stok. Beit. I. 458, et Eb. Beit. II. 157. — *sain* (diversa), nom. sing. fem. adjectivi *sáin,* Z. 986. — *persan* (persona), nom. sing. substantivi fem., gen. *persine,* dat. acc. *persin,* pl. nom. *persin*, gen. *persann,* acc. *persana,* a voce lat. desumpti, cum assimilatione vocalium ob assonantiam. Z. 260. 263. 977; Eb. Beit. II. 150; Stok. Ir. gl. p. 46. — *'de* (dei, lege *dé* alias *daé*, *dée, daée*), gen. sing. substantivi masc. *dia* (deus), Z. 279. Thema orig. *daivas, a rad. DIV (lucere), sansc. dēvás, lat. deus, gr. Θεός, Ζεύς. Curt. gr. etym. II. 95; Schleich. comp. 26. 212. 285. Notanda in voce hib. elisio semivocalis *v* radicalis. — *ceteora* (quatuor), gen. pl. fem. num. cardinalis, de quâ notabili formâ consule Schleich. comp. 497, et Stok. Goid. 16. — *spiurto* (spiritus), gen. sing. substantivi masc. *spirut* a lat. transumpti. *spiurto* est pro *spiruto,* cum assimilatione vocalis derivationis ob assonantiam, ejusque retrocessione ad vocalem radicalem. Eadem retrocessio obtinet infra in gl. IV. I. 1. 3. ubi vox *spirut* legitur contracta ante syllabam sequentis vocabuli incipientem a liquidâ *in spiurt noib;* et in cod. Ml. *issi ciall dumber side assindísiu ./. ní malartaesiu. hua inscribiunt intituil ./. ol inspiurt noib tri giun infatho frí pont phelait* (gl. in finem ne disperdas dauid tituli inscriptionem i. e. dicit spiritus sanctus per os prophetæ ad Pontium Pilatum). Nec dissimiliter fit retrocessio in voce *nathir* (serpens), quæ in gl. IV. II. 14. legitur *indnaithr humaithe,* nempe ante vocabulum incipiens a vocali. Quodsi sequens vocabulum inciperet a mutâ hujusmodi contractioni, ob difficultatem pronuntiationis, locus non esset. — *noib* (sancti, lege *nóib*), gen. sing. masc. adjectivi *nóib,*

Z. 249. 250., connexi fortasse cum voc. sansc. *nábhas* (cœlum) gr. νέφος, lat. nubes, nebula, sl. nebo (cœlum), germ. vet. nibul (nebula), et cum hib. *nem* (cœlum) cum *m* pro orig. *bh*. Cf. Stok. Ir. p. 98. Cf. formas adject. et subst. in cod. Ml. *huanaib aidmib noibaib robatar hitempul ./. is indi rombatar forlongais huachatir .. no huanaib aesgnaib noibaib hi robatar* (gl. in finem pro populo qui a sanctis longe factus est) 154; *hi foirbdetaid* ⁊ *noibi* (gl. uitam meam tota tibi commisi deuotione i. e. in perfectione et sanctitate) 155; *ní homud neirt no chaine dogáiremni nóibu acht asberam* sanctos *sainredchu no rubriciu doib dintsainriud inna nóibe techtae* (gl. non huiusmodi etiam sanctos uocamus hebreus uero ab eo quod sancto etiam præcipuum inest præcipuum sanctum appellare consueuit) 80.

Pag. III. col. II.

Gl. 1. *a fethol ./. an étach sacaird* (insigne i. e. indumentum sacerdotis). — *fethol* (insigne, ornamentum), nom. sing. substantivi neut. obvii in Dav. Gloss. *feathal ./. comartha no minn ./. egusc no comartha;* Stok. th. Ir. gl. p. 87. Cf. O'R. *feathal* (angl. fur); gaël. *feathal* (vellus). Amra Col. *finnethal frestul ./. is finn no is taitnemach in fethal día táncatar fresthal.*

5. *honaib selib eritib no honai sleidmenaib* (sputaminibus susceptis vel saniebus). — *honaib,* præp. *ó* cum articulo in dat. pl. — *selib* (sputaminibus), dat. pl. substantivi fem. *seile,* connexi cum vocibus sansc. ṣalilá (aqua), gr. σάλος, ἅλς, lat. sal, salum, saliva. — *eritib* (susceptis), dat. pl. participii *airite* (susceptus). Substantivum *airitiu* (receptio, susceptio, assumptio) frequens est in codicibus, Z. 268. 270. 830. Dentalis tenuis non infecta excussam nasalem indicat. Hæc forma connectenda est cum verbo *arfoimed* (suscipere); cf. *ma arfoimam* (si suscipimus), *airema* (suscipiat), *íroimed* (suscipito), Z. 371. 1003. Stok.

Beit. III. 52. Eb. Beit. IV. 352; *robói duchensi dauid cona rogáid do dia digail for saul innan olc dorigeni side fris .acht rogáid ho dia conidnderoimed di lamaib sauil* (gl. quo et in saul is mitis sit et in sua defensione sollicitus i. e. fuit propter mansuetudinem Davidis quod non petivit a deo ultionem super Saulem malorum quæ iste fecit ei · sed petivit a deo ut ipsum eriperet de manibus Saulis) Ml. 117. Ergo *airite* est pro **air-im-te*, e rad. *im, em* (ortâ ab originaria I, sansc. i, ī, adire, assequi) quæ latere videtur in verbis latinis sumo, emo, demo, perimo, interimo, eximo.— *honai* pro *honaib*, excussâ labiali finali ante impuram *s*. Exemplum hujusmodi excussionis ante mediam gutturalem præbet Cod. Ml. *honaigabalaib* (gl. captionibus) 114; — *sleidmenaib* (saniebus), dat. pl. substantivi *sleidm* (gl. sanies) Z. 733, ab eâdem forte radice orti quam *seile*, cum triplici derivatione.

6. *honaib buillib* (percussionibus), dat. pl. substantivi *buille* (ictus, percussio). In hoc themate statuenda videtur radix orig. GVAR, sansc. gur (lædere, occidere), gr. βάλλω, cum *b* pro *gv*, quemadmodum radice originariâ GVIGV, sansc. gīv (vivere), nituntur gr. βίος, hib. *bethu* (vita). Quæri potest an huc etiam pertineant latina vocabula verber, verbero, in formâ redupl. cum labiali pro gutturali, sicut in bos = sansc. gâus.

8. *is hosuidib ropu esartae* (his fuit cæsus. Ad litt. est ab his quod fuit cæsus). — *ropu*, 3 pers. sing. præt. verbi substantivi, est pro *robbu*, cujus prior *b* orta est ex assimilatione signi relationis. Forma regularis, relationis expers, est *robu*. — *esartae* (pro *es-arc-te*, cæsus), nom. sing. participii præt. pass. verbi *esurc*, *ásurc* (cædo), compositi præp. *as* et rad. hib. *arc*, *orc*, Z. 995. Cf. *asoirc* (cædit), *asóircc* (verberat), *aesorcuin* (excisionem, excisione), *in esaircnib* (gl. in plagis), *domesurcsa* (concutio me) Z. 33. 440. 840; *esartaib* (gl. cæsis) Ml. 78. 80.

9. *a bas pene* (leg. *á bás péne*, o mors pœnæ). — *á bás* (o mors), vocat. sing. substantivi neut. *bás*, gen. *báis*, Z. 249. 250. Vocalis producta contractionem indicat. Subest radix ib. *be, ben, ban* (cædere, occidere); cf. inf. gl. IV. II. 3.

— *péne* (pœnæ), gen. sing. substantivi fem. *pén*, *pian*, a lat. transumpti, Z. 21-3. 263. 980; Eb. Beit. II. 150.

10. *a mind* (diadema), acc. sing. substantivi neut. *mind* (signum, insigne) Z. 229. Nominativus sing. occurrit in cod. Ml. *is mínd* (gl. insigne); accusativus pl. apud Z. *inna mínd* (gl. insignia) 256. In linguâ hib. mediâ assimilatio obtinet dentalis cum præcedente nasali *minn*, O' Dav. gl.; Stok. th. Ir. gl. p. LXIII. 104; Reeves, Adam. 321-9.

11. *adcotadsamni* (adepti sumus), disjungendum *ad-co-n-dad-sam-ni*. Postrema syllaba *ni* est nota augens pronomen infixum 1 pers. pluralis. *adcotadsam*, 1 pers. pl. præt. verbi compositi duplici præp. *ad-co* et rad. orig. DA, sansc. dâ (dare), in formâ reduplicatâ. Cf. *adchodadossa* Z. 852; *adcotedae* (he granted) Book of Arm. cit. a Stok. Ir. gl. p. 100; *ad coda* (he has) O'Don. Ir. gr. 255; *adchotatsat* (gl. indeptos) M. 251; *adcotat* (gl. adquirunt) Wr. 6a. In *adcotadsamni* littera *c* non infecta latens pronomen videtur indicare.

Pag. IV. col. I.

Gl. 1. *air ni rabae inspiurt nóib les intansin* (nam non fuit spiritus sanctus apud eum tunc). — *rabae* (fuit), 3 pers. sing. præt. verbi substantivi, quæ miram præbet formarum varietatem. Forma regularis est *robu*, et per assonantiam *robo;* sine notâ præteriti, *bo;* contracta post quasdam particulas, *-rbu*, *-rbo;* cum relatione infixâ, *rombu*, *rombo;* cum assimilatione pronominis vel relationis, *robbu*, *ropo*, *rupu* (= *robbo*, *rubbu*); cum eâdem assimilatione sine notâ præteriti, *-pu*, *-po* (= *-bbu*, *-bbo*); cum pronomine suffixo, ut videtur, *robói*, *ruboi*, *robai*, *robae*, *robe*; cum relatione infixâ et pronomine suffixo, *rombói*, *rumbói*, *rambái*, *rabae*. Porro obvia et forma reduplicata *hóre nárbubae* (quia non fuit, fides). Z. 481. 602. 618; Eb. Beit. V. 17 et seq.; Stok. Ir. gl. p. 57. 100. Sane ista tot formarum distinctio nec absoluta nec satis certa videtur. Possemus enim assimilationi per assonantiam et

varietatibus dialectuum, nonnullis in formis, majorem ambitum concedere. Res est quæ diligentioribus eget disquisitionibus. Illud præcipue quærendum videretur, an scilicet in terminationibus *-bói, -bái, -bae, -be* lateat pronomen suffixum. — *intansin* (tunc), adv. nom. ad litt. hoc tempore.

2. *doforlaic don* (cessit ...). — *doforlaic,* 3 pers. sing. præt. verbi compositi duplici præpositione *do-for* et radice hib. *lic,* orig. RIK, sansc. rik̍ (relinquere), lat. linquo, gr. λείπω; Schleich. Comp. 257. Forma simplex sæpe obvia : *leic* (sine), *léic uáit* (sine a te), *léicci* (sinit) Z. 457. Eb. Beit. II. 157; *léicfidir* (concedetur) Z. 469; *leicsi* (dimisit, cessit) Ml. 110. Stok. Goid. 21, etc.; cum præp. præfixis, *conrairleic* (permisit), *conairleicther* (admittitur) Z. 435. 852; *do chomairleciud in popuil as in doiri* (gl. in remissionem captiuitatis) Ml. 252; *ni tarlicid* (ne sequamini) Z. 274; *tarlaic, tárluic* (he gave) O'R. — *don* posset haberi pro præp. *do* cum articulo infixo; sed articulus sine nomine sequenti nusquam occurrit. Fortasse nomen (nempe ancillæ) vel oblitum hic est a glossatore vel suppositum. Vix enim conjicere licet legendum esse *dono* (ergo, igitur).

3. *dég robói inspiurt noib less* (quoniam erat spiritus sanctus in eo). — *dég* (quia, quoniam), conj. Z. 675.

4. *infogitled* (gl. titulatio; i. e. petitio, questio, interrogatio). Genuina lectio textus, ut patet e sensu et ex aliis codicibus, est titubatio. Sed glossator, errorem amanuensis sequutus, hibernice interpretatus est vocem titulatio. Porro *fogitled,* quod precedit articulus *in,* est nom. sing. substantivi masc. compositi præp. *fo* et themate orto e rad. hib. *gád, gud* (petere). Ab hâc radice statuenda est triplex derivatio, nempe **fogidte* (**fogite,* cf. *foigde*), **fogital* et *fogitled,* sicut a rad. *can,* præf. *for,* oriuntur formæ parallelæ *foircthe, forcital, forcitlid.* Cum præpositione *fo* occurrit forma *foigde* (petitio, supplicatio, mendicatio) Z. 370. 456. 481. 999. 1059; Stok. Ir. gl. p. 98; Eb. Beitr. V. 12. 13. Sine præpositione : *guidim, guidiu,* (precor) Z. 55. 993. 1057; Stok. Beit. III. 49; *rotgádsa* (rogavi te) Z. 442; *rogáid* (petivit) 442; Ml. 117; *gute* (qui supplicant) Stok. Goid. 26;

guidsius (rogavit) ib. V; *guiter* (rogatur), Z. 1057; *innan guidech* (gl. supplicum) Stok. Goid. 30; *annongeiss* (cum petit) Z. 1055; *gessid* (gl. precator) Ml. 155; *innan gude* (gl. precum) ib. 72. Cf. *indí assaguiset* (gl. obtarent) ib. 128. Huc pertinent voces : celto-ital. (Vallis Suanæ in Pedem.) ghedo (mendicus); franco-gal. gueux (cf. arem. *keaz*); got. gaidv (egestas), germ. vet. git (avaritia);' slav. ǵadajon (petere), Benf. Gr. Wurz. II. 191, khude (pauper); lit. geidziu (optare, petere), gudas (avaritia), kúdas (pauper). Ex omnibus his vocibus cognatis constituenda videtur radix communis GHVADH, sanscr. gandh, gādh (optare, petere). Hæc forma radicalis secundaria procul dubio est, et jam in linguâ sanscritâ nutat inter varias formas, cum mutatione mediarum aspiratarum in alias consonas ejusdem organi sed diversæ classis. Radices enim sanscritæ gad, vad, viḍ (clamare), ćad (petere), vith, vēth (optare, orare, postulare), ćat, khaṭ (quærere, desiderare), khat, vaṭ, ghaṭ (loqui), connexæ videntur inter se. Ejusdem antiquæ nutationis vestigia præbent vocabula græca χατέω, χητεύω (=*χϝατ- indigeo), χατός, χῆτος (indigentia), et hibernica *guth* (vox), *gute* (= *guth-te*), *guthaigthe* (vocalis), Z. 966. 969, si revera in his dentalis tenuis statuenda esset originaria. Verosimile est igitur has omnes radices et voces procedere ab antiquiore et simpliciore formulâ radicali GHVA (= ghav = ghu), sansc. ghu (sonum edere), cum quâ et formæ attenuatæ sansc. ku (clamare), hvē (vocare) connexæ fuerint.

5. *comchétbaid són oc denum inpectho* (consensio hæc in commissione peccati). — *comchétbaid* (consensio), subst. fem. compositum præp. *com* et themate (in *i*) quod invenitur simplex, *cétbud, cétbuid*, gen. *cétbutho* (sensus) Z. 257. 768. 843. 889; Ml. *honchétbaid* (gl. sensu) 128; et cum præp. *do : in dochétbuid* (gl. in adsensum) Ml. 230. — *denum* (commissione), dat. sing. substantivi verbalis vel infinitivi *dénum, dénom*, gen. *dénmo* (facere). Z. 22. 461. 733. 1001. 1045; Stok. Ir. gl. p. 107. In cod. Ml. genitivus sing. occurrit *denma* et *denmae*, 77; subst. deriv. *dénmid* (gl. factor) 274.

6. *is trifer robói in tris diltud dosom ./. is hé ingním maddu ruin.* (per virum fuit tertia negatio ei. i. e. est hic actus, si consideratur). — *is trí fer robói* (ad litt. est per virum quod fuit). *fer* (virum), acc. sing. substantivi masc. *fer*, gen. *fir*, (thema **vira*) Z. 249; Stok. Ir. gl. p. 72; vox conferenda cum lat. vir, lit. výras, got. vaír; Schleich. Comp. 284. — *tris*, (vel *triss*, tertius), adject. numerale ordinale; Z. 316. Verum *tris* et *triss*, non secus ac formæ cornicæ parallelæ *tryssa*, *tressa*, sunt pro **tretja* vel **tritja*. Forma celtica primitiva concordat ideo cum originariâ *titar-ja, contractâ in *tret-ja (cf. lat. tert-iu-s). E formâ **titarja*, contractâ in **tritja* orta est forma historica *triss*, mutatâ nempe dentali cum suffixo ja, in duplicem spirantem. Combinatio enim originaria *-t-j-* solvitur sæpe hibernice in *ss*. Inde colligendum, formulas obscuras *les*, *less*, *leiss* (apud eum), *friss* (adversus eum) esse pro antiquioribus **lat-ja* (= *prat-ja), et **frit-ja* (= *vart-ja), quæ videntur composita præpositione in formâ ablativi et pronomine suffixo. — *diltud* (alias *díltud*, *diltuth*, negatio, offensio, scandalum), nom. sing. substantivi masc. Z. 768. 982. Cf. Ml. *fo diltud inso* (gl. neque est timor domini i. e. in negatione hac) 117. — *is hé ingním* (est hic actus); *gním* (actio, actus), nom. sing. substantivi masc., gen. *gníma*, *gnímo*, a rad. orig. GAN. Cf. Ml. *ho gnímaib* (gl. rebus) 53; *it ainbi ./. air niruguigter gnimai dæ* (gl. fidelia, opera Dei, mentiri nescia) 109; *intan asmbersom* pes 7 manus *nochis is arnaib gnimaib són dungniat som honaib ballaib hisin. atbeir som ./. ar in chomtetracht* 7 *indfresngabail* (gl. a membrís opera officiaque membrorum petit ut subito sauelis incursu liberetur i. e. quum dicit pes et manus verumtamen propter opera ipsa quæ faciunt hisce membris dicit ipse i. e. propter comprehensionem et ascensionem) 118. — *maddu rúin* (si consideratur, ad litt. si est ad meditationem). *mad* (disjungendum *ma-d*, si est), Eb. Beit. V. 69. *du rúin* (ad considerationem, ad meditationem), acc. sing. substantivi fem. *rún* (mysterium, secretum, meditatio, intentio), Z. 238. 461; O' R. ad voc. Conferendum cum goth. runa, Eb. Beit. II. 177.

Hæc constructio, quæ occurrit etiam infra in gl. IV. II. 7, insolita videri potest, ejusque interpretatio mihi adhuc dubia manet. Verbum *rúnad*, ut me monet W. M. Hennessy, significat meditari, recogitare, sibi proponere in animo : *ba messi no rúined a mar congala* (it was I who was wont to meditate, to plan, their great conflicts) Leb. na h-Uid. 74. 6. 1. Si forma *du rúin* nominalis non est, sed verbalis, haberi posset pro 3 pers. sing. præsentis ind. vel præteriti, aut pro 2 pers. præs. ind., ita ut integra phrasis vertenda esset si meditatur, si meditatus est, vel si meditaris. Sed unum sensui parum congruit, alterum dubium reddit defectus notæ pronominalis *siu, so* quæ verbum sequi solet in 2 personâ præsentis.

7. *is hé ingnímson* (est hic ipse actus, isthæc est actio).

8. *dorigni petur* (quam fecit Petrus). — *dorigni* (fecit et cum relatione quod fecit), 3 pers. sing. præt. verbi *do-gniu* (facere), v. gl. I. I. 10.

9. *intan nonguirtherni* (quum urimur). — *non-n-guirther-ni*, exemplum flexionis impersonalis conj. passivi, Stok. Goid. 16; cum pronomine 1 pers. pl. infixo et suffixo, Z. 337. Verbum *goraim* (calefacio), Z. 1006, refert W. Stokes ad rad. orig. GHAR (lucere), sansc. ghṛ, Ir. gl. p. 113. Eâdem radice nituntur nomen gallicum Apollinis grannos et vox hibernica *grian* (sol), Stok. ib. Verumtamen vox hibernica, non secus ac gothica varmja (calefacio), et rad. sansc. secund. ǵval (flammare), radicem supponunt originariam GHVAR. Cum voce sansc. ǵvālá apte convenit vox celto-italica (dialectus Pedem.) gióla (flamma).

11. *echtar comairbirt ṁbiuth pecthae :irobammar* (extra usum peccatorum in quo fuimus). — *comairbirt ṁbiuth*, ad litt. uti victu. Frequens est in codicibus constructio *airbert biuth* cum significatione frui, uti, degere, vesci, Z. 457. 451. *comairbirt-ṁ* est hic acc. sing. substantivi fem. verbalis seu infinitivi compositi duplici præp. *com-air* et rad. *ber* (ferre). Z. *nisinchomairbirt arsid* (gl. non in vetustate literæ i. e. non in consuetudine vetustâ) 581; *icomairbirt* (in fœdere) 852; *icomairbirt núidi* (in novo testamento i. e. in novâ consuetudine) 68; *a comairberte biuth* ./.

cumscugud a comairbertae biuth fri cech foirbtaid (gl. atque omne studium suum depellendis uitiis admouerent) Ml. 77. Cum solo præfixo *air* : Ml. *an arrubartatar biuth* (gl. freti) 75; *araber biuth* (gl. degentis) 98; *erbertae biuth* (gl. uescendi) 209; *huan erbirmis biuth* (gl. ex illo tempore quo degebamus) 277. — *i robammar* (in quo fuimus). Ante *i* locum fuisse videri potest singulæ litteræ quæ fortasse fuerit *n* pertinens ad terminationem genitivi pl. præcedentis *pecthae-n*. Sed integra glossa est adeo erasa ut vix legi possit.

13. *is ed setche* (?) *samsóin* (est ista uxor Samsonis). — Lectio *setche* dubia est. Tertia enim littera pro *r* haberi posset et post secundam *e* vestigium apparet aliæ litteræ quæ erasa fuerit. Dubium augetur ex eo quod dum pronomen *ed* neutrum est, substantivum *sétche* (uxor) enumeratur inter feminina, Z. 257. Posset autem inde conjici lectio *serches* cum significatione illecebra, amasia, scortum; confer *saercicesa* (illecebras) apud Z. 1008.

16. *síthal* (situla), nom. sing. substantivi fem. cf. O' Dav. Gl. ed. a Stok. th. Ir. gl. XXVI. 54.

17. *inlinn l::daigthe* (gl. limpidum liquorem). Glossa est valde erasa. — *linn* (liquorem); v. O' R. *linn* (vater); *linn insen* (this pool) Stok. Goid. 44. — *l::daigthe* legendum fortasse *lugdaigthe* (haustum), O' R. *luchdaighthe* (laden), vel *ligdaigthe* a *ligde* (liquidus), Stok. goid. 38, *ligda* (shining); *legas do lechdagaib* (quæ liquescat liquidis) Z. 1014; Eb. Beit. V. 26. Hoc tantum certum videtur, inter *l* et *d* duabus litteris, nunc erasis, locum fuisse.

18. *inna brodscoad anglana ./. doninola as cos na ::ail frie* (quisquilia immunda i. e. quæ colligit ex .....in eâ). Lectio incerta ob erasionem litterarum et inde interpretatio æque dubia. — *inna brodscoad* (quisquilia), acc. pl. substantivi neut. compositi, quod occurrit in Lib. Hym. 18 : ciscilium, .i. *broth* uel *brothscoa* .i. *spre do cuirid ind airrce do chum*[*tire*]. — *anglana* (immunda), acc. pl. neut. adjectivi compositi particulâ privativâ *an* et *glan* (purus, mundus). Cf. subst. *anglaine* (immunditia) Z. 257. 829. —

doninola (quæ colligit) decomponendum *do-n-in-ola.* *n* est pron. rel. infixum. *doinola* est 3 pers. sing. præs. ind. verbi compositi duplici præp. *do-in* et formâ radicali hib. *al, ol.* Cf. Z. *doinola* (gl. adplicat), *aratinola* (ut colligat) 855; *doecmalla* (colligit), *tecmallad* (collectio) 857; *immalle* (simul) 569; *accomol* (conjunctio) 852.

19. *honglaini inchamul ::::som inna ilslogu ./. na ilflīs. hoglaini inchamul ::::...* (maxillâ cameli [stravit] ipse multas catervas, i. e. multos Philistæos; maxillâ cameli ...). Litteræ hujus glossæ fere omnino erasæ sunt. — *ho-n glaini* (maxillâ), dat. sing. substantivi fem. *glaine* (gl. mala) Z. 282. Dim.in. *glainine* (gl. maxilla) ib. Cf. celto-ital. Canap. garnón (mentum); ant. franco-gall. grignon, grenon, guernon, hod. groin; ital. grugno; a rad. orig. GHVAR, sc. hvṛ (curvum, flexuosum esse). Vox hib. supponit thema orig. **ghvarn-ja.* — *il slogu* (multas catervas). *il* (multus, varius), adj. quod sæpe anteponitur et jungitur substantivo, Z. 826; *an il* (gl. multum) Ml. 81; *ho thorachtaib ilib* (gl. multis successionibus) 75; compar. *lia* (plus, plures) Z. 286; subst. *ilar* (multitudo); adj. *ilde* (pluralis) Z. 743. 763; verb. *ilaigfe* (gl. multiplicasti. i. e. multiplicabis) Ml. 168. Forma orig. videtur *paru; sansc. purú (multus), gr. πολύ, got. filu, lat. comp. plus, Eb. Beit. I. 310; Stok. Ir. gl. p. 38. *slogu* (catervas, agmina), acc. pl. substantivi masc. *sluag* (agmen, populus, turba, exercitus). Thema vetustum gallicum est **slógo* ut apparet ex nomine populi belgici Catuslogi, Z. 27; Stok. Ir. gl. p. 116. Vox *sluag* bis occurrit in gl. Ml. ad Psalm. XXXV: *co sluag* (ad populum, ad exercitum); *luid iarum inti dauid hitelaig banessam dindslog 7 aregart doib* (ivit postea David in verticem qui erat proximus exercitui et clamavit eis) 117.

21. *babés leusom dobertis daboc leu dochum tempuil ácus noleicthe indalanái fon dithrub co pecad inpopuil acus dobertis maldachta foir acus noircthe din and opopul tarcenn apectha indaile* (erat mos apud eos ut afferrent duos hircos secum ad templum et dimittebatur unus in desertum cum peccato populi et afferebant maledictiones

super eum et occidebatur igitur ibi alter a populo pro peccato suo). Hæc glossa est magnâ ex parte evanida. — *bés* (mos, consuetudo), subst. fem. scriptum in codicibus *bés*, *bées*, *béss*, nom. pl. *béssi*, *bessa*, Z. 61; cf. *bésad* (mos) Z. 22; Ml. *isí bés* (gl. idioma ebreorum est) 109. *béss* ab antiquiore **bit-ja* (= **vit-ja*) procedere videtur, et fortasse quæri potest an connexum sit cum lat. vitium et ital. vezzo. — *da boc* (duos hircos), acc. dual. substantivi masc. *boc*, *bocc* (hircus) Z. 740. 1115; dat. sing. *buc*, gl. IV. I. 23. Cf. corn. *boch*, camb. *bwch*, arem. *bouc'h*; franco-gal. bouc; celto-ital. Pedem. bec (caper), buc (caper montanus), Vallis-Suan. boć (caper), béch (capra), bok (caper montanus); ital. becco; germ. vet. boch, poch, pog. — *noleicthe* (dimittebatur), 3 pers. sing. præs. secund. pass. verbi *leicim* (relinquo, dimitto); v. supra gl. IV. I. 2. — *ind alanái* (*ala-nái*, unus, ad. litt. alia res); *ind aile* (alter, ad litt. altera); adjectiva pronominalia. Z. 363-5. Utrumque generis feminini. — *maldachta* (maledictiones), acc. pl. substantivi fem. a lat. transumpti. Infra in gl. IV. I. 24 occurrit eadem vox in acc. sing. *maldacht*. Notanda assimilatio vocalium ob assonantiam. — *noircthe* (occidebatur), 3 pers. sing. præs. secund. pass. verbi quod occurrit in formâ relat. in cod. Wr. *nech orcas* (is qui occidit) 28 a. Compositum: *tessurc*, *doessurc* (concutio), *doimmurc* (gl. ango), *asoirc* (cædit verberat), rad. *arc*, *orc'*, Z. 440. 933. 995. Cf. gl. III. II. 8. — *and* (ibi), adv. pronominale, quod sæpe comitatur verbum passivum, Z. 359. — *tarcenn* (pro), præp. nominalis regens genitivum, composita præp. *tar* et *cenn* (caput).

23. *asfóite ./. is airi asberthe* emisarius *don buc storidiu ./. airindi asfóite fon dithrub* (qui dimittebatur i. e. ideo dicebatur emissarius hirco materiali i. e. quia dimittebatur in desertum). — *asfóite* (pro *asfóidte*, dimittebatur, cum latente relatione), 3 pers. sing. præs. secund. pass. Cf. *remfoiti* (gl. præmissam) Z. 473, Ml. 76; *dofoidid* (gl. deducite, i. e. dimittite) Z. 458; *ambafoite* (gl. missus) Ml. 75. — *asberthe* (dicebatur), 3 pers. sing. præs. secund. pass. verbi *asbiur* (effero, dico) Z. 440.

24. *adchosaire* ./. *adchios maldacht inpopoil foir* (avertens i. e. qui avertit maledictionem populi super se). *adchosaire* (avertens, averruncans, emissarius, depulsorius, ἀποπομπαῖος), *adchios* (avertit, depellit); utraque vox aliunde mihi incognita.

26. *is hé tintud indi as* barabas magister eorum (hæc est interpretatio ejus quod est Barrabas magister eorum). — *tintud* (interpretatio, versio); rectius *tintúth,* pro *do-ind-sóuth,* proprie conversio. Forma radicalis videtur **sau,* auctore Ebel, Beit. IV. 172.

27. *nephfrithgabthe* (effrenata), part. præt. pass. verbi *gabim* (sumo, teneo), præf. *frith* et particulâ privativâ *neph* (*neb*). Radix orig. est GHABH, ad quam trahenda sunt verba latina habeo et capio. Cf. *tribarnebcongabthetisi* (per vestram incontinentiam) Z. 830; *nachidfrithgaib* (gl. qui nec timore dei frenatur) Ml. 117.

28. *donaib cairceib ./. ar is di lus bis forsnaib cairceib dognither inchorcur buicle* (scopulis i. e. quia de herbâ quæ est super scopulis fit purpura .....). — *cairceib* (scopulis, saxis), dat. pl. substantivi *carraic,* camb. *carrec* (lapis, rupes) Z. 814. — *lus* (herbâ), dat. sing. substantivi *lus,* corn. *les* (herba) Z. 1116. — *in 'chorcur* (purpura), nom. sing. substantivi fem. fortasse a lat. transumpti, mutatis labialibus in gutturales; Eb. Beit. II. 151; Stok. Ir. gl. p. 59. — *buicle,* vox aliunde mihi incognita.

31. *dodrolluind :: hitosuch* (scandalizavit eam in principio). — *do-d-ro-lluind* videtur esse 3 pers. sing. præt. verbi compositi præp. *do* et rad. hib. *lund* (indignari, irasci), cum pronomine 3 pers. infixo; *dosluindi* (gl. scandalizatur, frater tuus) Wr. 6ᶜ. Cf. *londas* (indignatio) Z. 254; *lond,* adj. 750; *luind* (gl. amari) 1042; *londaigim* (gl. aspernor) 431. Post vocem *dodrolluind* scriptæ erant in codice tres litteræ (*som* vel *sem*) quæ erasæ fuerunt, ut videtur, ab ipso glossographo.

Pag. IV. col. II.

Gl. 2. *a cain* (a Caīno).

3. *co itirdibither* (ut perimatur). — *co* (ut), conj. Z. 682. — *itirdibither* (perimatur, interficiatur), 3 pers. sing. præs. conj. pass. verbi compositi duplici præp. *itir-di* et rad. *ban* (*be, ben*). Radix sanscr. est van (ferire, lædere). Sed juxta hanc radicem, quæ mutilata videtur, exstant formæ sansc. han (pulsare, ferire), gr. θνήσκω, θάνατος, et φόνος, lat. offendo, defendo, goth. dauths (mors) et banja (vulnus). Si hæc formæ connexæ sunt inter se, statuenda esset radix originaria DHVAN, e quâ derivatæ fuerint formæ latinæ, gr. θαν-, sansc. han (pro dhan), et goth. dauths, per ellipsim semivocalis; sansc. van, per ellipsim aspiratæ initialis; radix vero hib. *ban*, gr. φον- et got. banja, per ellipsim ejusdem aspiratæ, ita tamen ut aspiratio in vocibus græcâ et germanicâ accesserit ad sequentem semivocalem labialem, quæ in voce gothicâ transiverit, more solito, in mediam ejusdem organi. Quoad formam hibernicam *itirdibither*, confer Z. *etirdibnet* (gl. perimunt), *etardibe* (gl. interitus) 433. 853; cum aliis particulis, *imdibe* (circumcisio), *imdibenar* (gl. absciditur), *tóbe* (= *do-fo-be*, decisio), *codufobath* (gl. incideret), *codufobither* (gl. ut succidatur), *nephthóbe* (gl. præputium) 853-4; *ni airdben* (gl. nec interimit) 1031; *inarbenim* (gl. jaceo pro jacio) 430; *is in tobu* (gl. in præcisione) Ml. 81; *nan airtbide* (gl. interfectorum) Ml. 72; *ar ind etarimdibiu* (gl. pro interfectione) Ml. 78; *duairci clóini ṅdo fadesin inti asagusi etarthota imácharat* (gl. obtarent interitum amicorum) Ml. 128; *in etarairdbe* (gl. internecionem) Ml. 252; *curabena* (that he strike) Stok. Ir. gl. p. 138. 147.

4. *tanic* (venit), 3 pers. sing. præteriti, ut videtur, reduplicati, a rad. *ic*, Z. 493 (rad. orig. **anc*).

5. *in bronasnae doṁbert side dia ebairt fesin is hé crist cocrunn achruche foir fesin* (rogus quem tulit iste ad sui ipsius oblationem est ipse Christus cum ligno crucis suæ super se ipsum). — *in bronasnae* verosimile est scriptum esse per

errorem pro *in brosnae* vel *inna brosnae.* Verum *brosnae* significat rogus, fascis lignorum (O' R., a bundle of dried sticks, a faggot, fuel; Corm. Gl. ad voc. *brossnai ./. brissni*; res fractæ). — *ebairt,* dat. sing. substantivi verbalis fem. vel infitivi verbi *aithbiur* (offero); Ml. *bid tedbarthi* (gl. offerenda, securitas) 259. — *fesin,* formula pronominalis (ipse), Z. 372. — *co crunn* (cum ligno). *crunn,* dat. sing. substantivi masc. *crann*, gen. *cruinn* (lignum, arbor) Z. 77. 250. — *achruche* (crucis suæ). *cruche*, gen. sing. substantivi fem. transumpti *croch* (crux), Z. 259; dat. sing. *croich;* Ml. *o inscribund in tituil ./. intituil robói huás ciun crist is in chroich* (gl. tituli inscriptione i. e. tituli qui erat super capite Christi in cruce) 154; *ní derlegaesiu intitul roscribais huas in chroich du dílsigud cesta críst* (gl. ne disperdas dauid tituli inscriptionem i. e. quem scripsisti super cruce) 155.

6. *deacht maicc* (divinitas filii).

7. *colinn crist madu ruin* (corpus Christi, si consideratur). — *colinn* (corpus, caro), nom. sing. substantivi fem.; gen. *colno, colna;* vox connexa sine dubio cum lat. caro (th. *carven), gr. κρέας, sansc. krávya; Z. 47. 740; Stok. Ir. gl. p. 109. Dat. sing. apud Zeuss, *colinn,* 601, in cod. Ml. *colain : asrubartatar nant he macc dáe rogenair iar colain 7 nant he rocrochsat* (gl. confutatur omnis iudaicæ eius dictionis inprobitas i. e. dixerunt quod non sit iste filius dei qui natus est secundum carnem et quod non sit iste quem crucifixerunt) 53.

8. *is indlosin* (in hac die). Glossa respondet textui in sabieth (leg. sabeth). Vox autem hebraica sabeth significat virgultum, vepres, et plane congruit cum dictione biblica : « Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem » inter vepres hærentem. » Gen. XXII. 13. Sed glossator, hebraicæ linguæ ignarus, sabeth pro die sabathi intellexit, et interpretatus est *i-s-ind lo sin* i. e. in hac die. *lo,* alias *lau, láo, lóu,* est dat. sing. substantivi anom. *lá*, *lae* (dies), gen. *lai;* juxta quas formas occurrunt etiam *lathe*, *laithe,*

gen. *lathi*, dat. *laithiu*, Z. 280. Dativus sing. cum præp. *in*, articulo et pronomine demonstrativo, frequens est in codicibus : *isindlaosin* (hac die) Z. 581; *marbhthar is ind lo sin* (he was slain that day) Reeves, Adam. 321; *is ind ló sin ./. illó brátha* (in that day, that is, in the day of judgement) Scel. na es. 4; *is in lo sin,* O'Don. Ir. gr. 442. Thema originarium videtur fuisse **prātia*; cf. sansc. prātár (mane), gr. πρωΐ, germ. vet frô, fruo.

9. *giulae* (gl. herente). Obvium verbum apud Z. *rotgiuil* (tibi adhæsit) 929. 930; Stok. Ir. gl. p. 62.

10. *tanic* (venit, adest), v. gl. IV. II. 4.

11. *cos in brosnu resaigthiu. imbed naislinge ón adchondairc som* (cum manipulo somniato, in quo erat somnium illud quod vidit ipse). *co s-in brosnu* (cum manipulo). *brosnu,* dat. sing. substantivi *brosnae* (fascis, manipulus); v. gl. IV. II. 5. — *resaigthiu* (somniato) est dat. sing. participi præt. passivi, verbi denomin. derivati a *res, reis*, quod me monet W. M. Hennessy somnium significare in O'Dav. Gloss. 92. *in suan fareis ./. ina cotlad fa in aislingiu* (slumber or dream, viz. asleep or in a dream). — *aislinge* (sommium, visio), nom. sing. substantivi, ut videtur, feminini. Vox composita, ut censeo, præp. *as* et themate orto ex radice hib. *sil* (cernere, aspicere, O' R. *silim*, I look, cf. sansc. sur), cum suffixo derivationis *-inc* et suffixo terminationis *-ja*. Ergo *aislinge* est pro **as-sil-inge* (proprie aspectio, visio). Extant ex eâdem radice themata *aisling* et *aislingthe* eodem sensu prædita. Cf. *súil* (oculus), gl. III. I. 12.

12. *tacmungad uadbran*:: (quæ cadebat ad talum). Glossa evanida est. — *tacmungad* (quæ cadebat, contingebat), 3 pers. sing. præs. secund. verbi compositi, ut videtur, triplici præp. *do-aith-cum* et rad. *anc* (ire). Significatio verbi hibernici proprie est contingo, accido. Cf. *tecmaing* (accidit), *tecmongat* (accidunt), *tecmung* (gl. casu, gl. eventu) Z. 756-7; *tecmang* (gl. fors) Ml. 77. — *uadbran*:: fortasse legendum *cu adbrann* (ad talum). Verumtamen *uadbrann* recte scriptum censeri potest, congruit enim cum formâ, obviâ in codicibus,

odbrann (gl. talus) Z. 1102; Stok. Goid. 37; Ir. gl. p. 149. Esset igitur hic *uadbrann* acc. sing. et integra phrasis vertenda esset quæ tunica, contingebat talum. Accusativus pl., in linguâ hib. mediâ, occurrit in glóssis ad Gildæ Loricam : *adbronda* (gl. talos) Stok. Ir. gl. p. 141. 149. *odbrann* decomponendum est *od-brann*. In priore parte compositi jampridem conjecit Siegfried contineri thema originarium PAD, sansc. pad, gr. ποδ-, lat. ped-, Stok. Ir. gl. p. 150; Goid. 37. Altera pars connexa est, ut videtur, cum rad. sansc. vṛdh (crescere, augeri). Significatio vocis *od-brann* esset ideo pedis excrescentia; concordat gr. ὀφρυς pro 'οπ-Fρυς (supercilium. i. e. oculi supereminentia). Cf. hib. *broinn*, *brainn*, *bruin*, *brú*, O'R. the womb or belly); dimin. *bronnait* (gl. ventriculum) Z. 593. Voces lat. fron[t]s, sansc. bhrū (supercilium), germ. vet. brâwa, quæ cum his connecti possent, labialem aspiratam radicalem supponunt. Quæ fuerit radix originaria dubium manet nihilominus, quum jam radix sanscrita nutet inter formas vṛdh, ruh, vṛh.

13. *fuillechti. ./. foselgatar abrathir atunig som dofuil innaric doib acus dosbertar dia athir iarum.* (litâ. i. e. linerunt fratres ejus tunicam ejus sanguine, inventionem (?) eorum, et attulerunt eam patri suo postea). — *fuillechti* (litâ), dat. sing. participii præt. passivi, et *foselgatar* (linerunt), 3 pers. pl. præt. med. verbi *fosligim* (lino), compositi præp. *fo* et rad. *sel,* orig. SAL. Verbum simplex est *sligim* (pro **seligim*, lino) Z. 431. Cf. *seile* (sputamen) gl. III. II. 5; *fuslegar* (delinatur) Z. 587; *etarfuillechta* (interlitus) Z. 473. In participio pass. *fuillechti* pro *fuislechti,* fit assimilatio spirantis cum liquida; vix enim conjici potest *fuillechti* disjungendum esse *fuil-slechti* ita ut vertendum sit sanguinelitâ. Cf. tamen O'R. *fuilighthi* (blood-sheddings). — *a brathir* (leg. *a bráthir,* ejus fratres), nom. pl. substantivi masc. *bráthir* (frater), sansc. bhrātar, gr. φράτήρ, goth. brôthar; thema orig. bhrātar-s, Schleich. Comp. 165. — *a tunig* (ejus tunicam). Vox a lat. transumpta, Stok. th. Ir. gl. XXVII. — *do fuil* (sanguine), dat. sing. substantivi fem. *fuil* (sanguis), Z. 258; gen. sing. *do thestin fule, fri testin fola* (ad effusionem

sanguinis) Ml. 81. — *innaric;* lectio incerta, eo quod secunda littera dubia sit et præbeat formam nutantem inter *a* et *n*. Cf. *airic* (inventio) Z. 995; *araaric* (nam ejus inventum) Eb. Beit. III. 281. — *dosbertar,* scriptum est breviatum. Forma contracta, si recte scripta, pro *dosbertatar* (eam attulerunt); 3 pers. pl. præt. verbi *dobiur* cum pron. 3 pers. sing. fem. infixo.

14. *indnaithr humaithe thal conocabsat maic israhel* in diserto (serpens ahenus ille quem extulerunt filii Israël in deserto). — *indnaithr* (serpens), nom. sing. substantivi fem. pro *ind nathir,* regressâ vocali derivationis ad vocalem radicalem, quum sequatur vox incipiens a vocali; v. gl. I. I. 10; III. I. 15. — *humaithe* (ahenus), nom. sing. adjectivi fem. deriv. a subst. *ume, humae* (æs); scribitur etiam *humide, humaide* (gl. æneus) Z. 765. Cf. cambr. *emed* (æs) Z. 134. 1083. — *conocabsat* (quem extulerunt), decomponendum *con-od-gabsat,* 3 pers. pl. præt. verbi compositi duplici præp. *con-od* et rad. hib. *gab* (sumere, accipere), orig. GHABH; v. gl. IV. I. 27. Cf. *intan conucaib a chill hi tosuch* (quum elevavit, exstruxit) Amra Col.; *cotaucbat, cotaocbat* (= *con-do-fo-od-gabat,* gl. se attollunt, gl. exsurgunt) Z. 858; *conucbat* (gl. adtollere) Ml. 77; *connuargab* (gl. quem adtollit) Ml. 80; *asbersom fris na torus arndacumcabat* (gl. aperientibus ad portas sermonem diregens) Ml. 98; *cotabucabarsi ./. biid ersoilcthi archiunn forríg dothét conapopul adoiri* (gl. eliuamini porte æternales) ib.

15. *ṁbertatar intaisceltai tall atír tairngeri* (quam tulerunt exploratores illi a terrâ promissionis). — *ṁ-bertatar* (quam tulerunt). *ṁ* est pronomen relativum præfixum. — *in taisceltai* (exploratores). *in,* art. masc. in nom. pl. *taisceltai,* nom. pl. masc. participii med. verbi *toscélad* (*do-fo-scél-ad,* experiri, explorare, inquirere). Z. *do thoscelad áis esci* (ad explorationem ætatis lunæ) 1074; *arni tosceli argumint acht bliadni sláin* (gl. sunt autem anni tres circuli decennovenalis, in quibus idem argumentum stabilitatem sui tenoris conservare nequeat) 1075; idem verbum sexies occurrit breviatum in glossis nanciensibus *do toscelad cid lae saecht.*

(ad explorandum quæ sit dies hebdomadæ); *do toscelad cid aes nescai* (ad explorandum quæ sit ætas lunæ), etc. H. Gaidoz, note on the Irish glosses recently found in the library of Nancy, read before the Royal Irish Academy, June 10, 1867. Verbum cum solâ præp. *do : doscéulaim* (gl. experior) Z. 23. 430. 1035. Nomen simplex : *scél* (nuntius, narratio) Z. 22. 249; compositum : *fisscél* (nuntius) Z. 245; *drogscél* (malus nuntius) Z. 826; *soscéle* (evangelium, i. e. bona adnuntiatio) Z. 245. — *tairngeri* (promissionis), gen. sing. substantivi masc. *tairngire,* Z. 850, Stok. Goid. 29, compositi triplici præp. *do-air-con* et *gaire,* Eb. Beit III. 280, a rad. orig. GAR (sonum edere, clamare). Genitivus sing. apud Z. *tír tairngiri* (terra promissionis) 246. 255, sed *tairngeri* in cod. Ml. Stok. Goid. 29; et in cod. Wr. *cumsanad dudia iar tuiste duile cumsanad duphopul isrl. hitír tairngeri cumsanad duphopul nuiednisi* in regno cælorum (gl. et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis) 33ᵇ; *tír tairngeri* (gl. etenim nobis nuntiatum est) ib.; nom. dualis: *it hae insin indatairngire* (sunt istæ duæ promissiones) Stok. Goid. 29. Verbum : *durairngert, dorairngred* (promisit, promissum est) Z. 850. Excussâ nasali : *on chuirrigu ./. ón tairgiriu* (gl. sollicitatione) Ml. 73.

16. *donbial bed chuintechti ./. docer in biail dia samthig issammuir acus focaird eleseus asamthig inna diad acus doluid inbiail arithissi ar chenn in samthige comboi impe* (ad quærendam securem. i. e. cecidit securis de manubrio suo in mare et demisit Eliseus manubrium suum post eam et venit securis iterum ad manubrium ut esset circa illud). — *do-n bial* (ad securem). *bial* (leg. *biáil*) dat. sing. substantivi fem. *biáil,* alias *buáil;* cambr. ant. *bahell,* hod. *bwyell,* Z. 1092; germ. vet. bihal, pihal, bigil, pigil, Eb. Beit. II. 173. Genesis harum vocum, tum celticarum, tum germanicarum, inexplicata usque adhuc manet. Mihi quidem videtur has formas eamdem originem petere ac sansc. paraçú (securis) et gr. πέλεκυ. Vox sanscrita et græca thema vetustius supponunt *paraku-s vel *parakau-s, in utrâque enim vocalis

finalis u radicalis est, et thema ipsum compositum videtur e para et rad. orig. KAV, sansc. ço̅ (acuere). Porro hib. *biáil* est pro **besal-i* = **pϜesal-*, **puesal-*, transpositis litteris pro **pelaus-* = **pelasu-*. Itaque *biáil* oritur a themate **pelasu-* pro **pelacu*, mutatâ gutturali in sibilantem, sicut in sansc. paraçú, transpositis consonis *l* et *s*, pereunte *s* more solito inter vocales, et regressâ *u* radicali ad consonam initialem *p*. Mutatio autem combinationis *pu* = *pv*, *pϜ* in hib. *b* explicatur ex eo quod perierit labialis tenuis, more solito, et semivocalis *v* conversa sit, ut sæpe, in labialem mediam (cf. *fedb*, *tarb*, etc.). Eundem processum secuta est vox germanica bihal, quæ est pro *pϜihal, *pvihal, transpositis litteris pro *pilauh = *pilahu, quod reducitur ad originarium *paraku-s. Combinatio pϜ, pv, æquipollens aspiratæ labiali originariæ, vertitur regulariter in germanicam b. Nec dissimiliter explicanda latina vox falx, si huc pertinet, ita ut sit pro *pϜalc-s = *pualc-s = *palcu-s = orig. *paraku-s. Regressionem vocalis finalis *u* ad labialem initialem comprobant formæ hib. *buáil* juxta *biáil* et camb. hod. *bwyell* juxta ant. *bahell*. Mirum ceteroquin est, tenuem labialem originariam servatam esse in voce celto-ital. (Pedem.) *piola*, fem. (securis). Transpositio autem litterarum non infrequens est etiam in classicis linguis. Præclarum hujus transpositionis exemplum præbet græca vox γυμνός (nudus) pro μυγνός, concordans cum Zend. maghna et mutatâ nasali cum sansc. nagná, a rad. naǵ quæ cum alio suffixo inest in cognatis formis latinis, germanicis, lithuanicis, slavicis et celticis. Si hæ vanæ omnino et illusoriæ suppositiones non sunt, habemus hic vetustam prætiosi instrumenti denominationem, Indis, Græcis, Italis, Celtis et Germanis communem. — *bed chuintechti* (ad litt. quæ sit quærenda). *cuintechti*, part. fut. pass. verbi *cuintgim* (quæro) Z. 431. 843; *condaig*, *condieig* (quærit) 262. 842; *condegar* (quæritur) 842; *ní ho doinib condaig aithesc sunt* (gl. non ab hominibus quærit i. e. responsum hic) Ml. 77; *conaitecht* (gl. quæsiuit) Ml. 78. — *docer* (cecidit); cf. *dorochair* (cecidit), gl. I. I. 16; *docer* (fell) Stok. th. Ir. gl. LXXIII; O' R. *cearaim* (I fall). Verbum compositum præp. *do* et radice gallica vet. *car*, orig.

KAR, sansc. *ćar* (ire). — *samthig* (manubrio), dat. sing. substantivi fem. *samthach*, gen. *samthige;* v. Stok. Goid. 16. Genitivus sing. scribitur infra *in samthige* per errorem pro *inna samthige.* — *issammuir* (= *in-san-muir*, in mare, vel, ut magis sensui congruit, in flumen). Ex hac glossâ colligitur *muir* (thema *mŏri*), esse neutrum, quod dubium erat apud Z. 255. et Stok. Ir. gl. p. 102. — *focaird* (demisit, dejecit, deposuit), 3 pers. sing. præt. verbi compositi præp. *fo* et rad. hib. *cerd.* Cf. *focerddar* (gl. desolvuntur), *fucertar* (deponitur) Z. 997; Eb. Beit. V. 41; *fuscerdamni* (reponamus eam) Z. 567; *focertam* (deponimus) 845. — *inna diad* (= *inn a diad,* post eam, ad litt. in finem ejus). *dead* (camb. *diwedd,* finis); *indead* (in fine, post) Z. 619. — *doluid* (venit), 3 pers. sing. præt. verbi compositi præp. *do* et radice orig. rav, ut videtur, sansc. ru (ire). Forma simplex : *luid* (ivit) Z. 312; Ml. 117. — *arithissi* (iterum); forma obvia in hymno ad S. Patricium, false reddita a Zeuss, 940. — *ar chenn in[na] samthige* (ad manubrium); ad litt. ad caput manubrii. — *impe* (circa eam), præp. *imb* (circum) cum pron. 3 pers. fem. suffixo in casu acc. Notanda est induratio labialis mediæ in tenuem. Quod quidem factum est, ut censeo, ob actionem originariæ *s*, pertinentis ad pronomen; forma enim antiquior constituenda videtur **ambi-sjā-m* = **imb-se* = *impe* (cf. artic. fem. *ind,* qui mutatur in *int* ante *s,* Z. 232; *tintúth, impúth* pro **doind-sóuth, *imb-sóuth,* Eb. Beit. IV. 172).

17. *di chorcruinn dacer dul issammuir* (de ductione sortis accidit ei ire in mare). — *cor cruinn* (ductione sortis) *cor,* dat. sing. substantivi *cor, cur* (ductio, missio, O' R. a cast, throwing). *cruinn* (sortis), gen. sing. substantivi masc. *crann* (lignum, arbor, sors). Sæpiùs obvium compositum *cranchur, crannchur* (sortium ductio, sors); Ml. *inna cranchur* (gl. sortes, iaciuntur) 81; O'Don. Ir. gr. *crannchur* (sortem) 363; O' R. *cranncar, crandchur* (lots, casting lots); Gaël. Dict. *crannchur* (sors, sortium ductio); cf. Ml. *honaib cocrannib* (gl. consortibus) 80. — *dacer* (ei accidit), pro *do-an-cer,* eadem forma ac *do-cer* (v. gl. IV. II. 16) cum pro-

nomine 3 pers. infixo. — *dul* (ire), fortasse pro *do-al*, a rad. orig. AR, cf. gl. III. I. 8; vel pro *do-lu* a rad. orig. RAV, sansc. ru, cf. gl. IV. II. 16.

18. *conéicnisset* (angariaverunt), 3 pers. pl. præt. verbi denom. ab *écen* (necesse), præf. *con;* Z. *coméicnigther* (cogitur), *ni coméicnigedar* (non cogit) 336. 446.

20 *hi cumcai no innecin ./. arecin nosbered* (in coactione vel in necessitate, i. e. per necessitatem ferebat eam). — *cumcai*, dat. sing. substantivi, ut videtur, feminini; nom. pl. *cumcai, cumgai* (gl. (angores) Z. 345. 465; verbum *cumcigim* (ango), *cumgaigther* (angitur) Z. 431. 465.

22. *maldachtae. air ba ainm leusom* maladictus *do cach óin bíth hi croich* (maledictus; nam fuit nomen apud eos maledictus unicuique qui erat in cruce). Glossa evanida. — *ainm* (nomen), transpositis litteris pro **naim[n]* = **naminn* e themate orig. neut. *gnamant; lat. co-gnōmen, gr. ὀ-νοματ-, sansc. nâman; Stok. Ir. gl. p. 115-6.

26. *cethaird* (quadrati), gen. sing. substantivi neut. **cethrad* vel **cetharad,* derivati a numerali card. *cethar-,* addito suffixo *ad*, *d* (= orig. ta), in quod desinere solent ordinalia celtica. Thema origin. est *katvar-ta.

27. *intercbal* (oriens). *tercbal*, subt. fem. compositum duplici præp. *do-for* et rad. hib. *gab*, de quâ supra in gl. IV. 27. *tercbal*, rectius *tercbál*, est igitur pro *do-for-gabál,* Z. 855; significatio hujus vocis in codicibus est prolatio, ortus, Z. 731. 855.

28. *din mulluch ./. roglan ade hon mulluch so* (de vertice, i. e. fulgebat hic de hoc vertice). Glossa fere omnino evanida. — *mulluch* (vertice), dat. sing. substantivi masc. vel neut. *mullach* (vertex); cf. Stok. Ir. gl. *mullach* (gl. culmen, gl. vertici) p. 100. 117. 139. Hæc vox nititur, ut videtur, radice orig. GHMAR, alternante cum formâ GHVAR, sansc. hmal, hval, hvar (vacillare, flexuosum esse), ejectâ aspiratâ initiali. — *roglan* (fulsit, fulgebat), 3 pers. sing. præt. verbi *glanad* (fulgere, clarescere); O' R. *glanaim* (I cleanse, brighten); *nanglanad* (purget se), *ranglana* (se emundaverit) Z. 338.

582; Eb. Beit. V. 59. Cf. gl. IV. I. 18. — *ade* (hic), pron. demonstrativum, Z. 356.

29. *in tuaiscerd ón ./. ro[glan]ad són tria dess*::: (arctos iste, i. e. fulgebat hic ad ejus dexteram). — *tuaiscerd* (sæpius *tuaiscert, tuaiscerdd,* arctos, septentrio, ad litt. plaga sinistra) Z. 566; *tuascerd* (gl. ad boreales partes) Cr. 33c; adj. *iarthuaiscerddach* (gl. etesiarum) Z. 777. Hujus vocis compositionem vide apud Reeves, Adam, 83. — *tria dess* (fortasse legendum *tria deiss,* quod magis congruit cum formâ accusativi, ad ejus dexteram). *dess* (dexter), camb. *deheu,* Z. 147; dat sing. *o laim deiss* (a manu dextera) Z. 261; cf. gr. δεξιός, sansc. dákshina, lat. dexter, et nomina gallica vetusta Dexsiva, Dexsivia. Z. 58. 147.

CORRIGENDA

pag.	lin.		legendum	
v	7	er aremoricam	»	et aremoricam
x	32	vivus	»	rivus
xi	26	av, av	»	av, āv
xix	27	proprior	»	propior
xx	30	intracta	»	intacta
xxi	20	mṛg	»	mṛǵ
xxii	21	ex gr.	»	ex. gr.
xxiii	18	sicut id	»	sicut in
xxvii	11	*isr.*	»	*isrl.*
»	24	sicut do.	»	sicut do
xxix	6	RYTHMICÆ	»	RHYTHMICÆ
17	24	*conéicnisset*	»	*conéicnisset*
20	6	quem	»	quod
31	2	quod	»	quem
32	6	contractum	»	contractus
34	31	(desponsatio, petitio,	»	(desponsatio, petitio)
35	16	instrunutur	»	instruuntur
39	22	filium	»	filium)
40	21	*rid, red*	»	*rit* vel *red*
43	30	GVIG	»	GVIGV
45	2	quisque	»	quæque
»	3	non vobis apertæ fuerint	»	non apertæ fueritis
49	4	Ir. p. 98.	»	Ir. Gl. p. 98.
55	17-18	*non-n-guirther-ni*	»	*no-n-guirther-ni*
63	17	vrh	»	vṛh

INDEX

Nogent-le-Rotrou, imprimerie de A. Gouverneur.

